



Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

XV. Christus Redemptor, Liberator, Seruator, Saluator, salutare, salus, saluatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79582](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79582)

vsu doctrina, de Christo Bellatore atque Victore.

1144 Per nos quoque, vult Christus vincere. Nam & ex Deo nati sumus. Omne autem quod natum est ex Deo, vincit mundum, ut scilicet sicut Christus primogenitus in multis fratribus; mundum, id est tres turmas quas fecerunt Chaldaei, interprete S. Bernardo, scilicet. 1. in Octava Paschae, ductore Satana in nos irruentes, deuicit; ita & filij adoptionis, idem praestent. [Quotquot enim sunt Christi, (praemiserat eius sermonis initio, S. Bernardus,) cum Christo eos mundus odit, sed cum Christo superatur pariter & ab ipsis. Nolite (ait) mirari si odit vos mundus: scitote quia priorem me, vobis odit habuit. Et item, Confidite, (inquit,) quia ego vici mundum. Sic nimirum manifesta fit sermonis illius veritas, quem ait Apostolus; Quos praesciuit, inquit, haud dubium quin Deus Pater,) & praedestinavit conformes fieri imaginis filij sui. Vide conformationem. Post ipsum adoptantur, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: post ipsum odit mundus eos: post ipsum & ab eis vincitur mundus. Bene ergo, quod natum est ex Deo, vincit mundum, ut sit testimonium celestis generationis, victoria tentationis: & sicut is qui filius est per naturam, mundum cum suo principe triumphauit; sic & nos victores inueniamur, quotquot sumus filij adoptionis. Victores sane, sed in ipso qui confortat nos, in quo & possumus omnia: quia haec est victoria qua vincit mundum, fides nostra. Fide siquidem in Dei filios adoptamur, fidem in nobis mundus in maligno positus odit atque persequitur; fide quoque & vincitur, sicut scriptum est; Sancti per fidem vicerunt regna. Quidni attribuat fidei victoria, cuius est etiam vita? Iustus, (inquit,) ex fide vivit. Quotiens ergo tentationi resistis, quotiens vincis malignum, noli propriis tribuere viribus, noli in te, sed magis in Domino gloriari.]

Ex hoc capite summam suam potentiam prodere velle Christum, observauit Orig. hom. 7. in Num. sic obliuiscens, egregiam de spirituali certamine & interno bello disputationem. [Vult (inquit,) semper Iesus, res mirabiles facere, vult de locustis vincere Gigantes, & de iis quae in terris sunt coelestes superare nequitas. Et fortasse hoc est quod dicebat in Evangelio; quia qui credit in eum, non solum faciet ea quae ipse fecit sed maiora, (inquit) horum faciet. Verè enim mihi maius videtur, quod homo in carne positus, fragilis, & caducus fide tantum Christi, & verbo eius armatus, superet gigantes Demonum legiones. Quamuis ipse sit qui vincit in nobis, plus tamen esse dicit, quod per nos vincit, quam quod per te vincit. Tantum est ut nos armis istis semper simus armati, & conuersatio nostra semper in caelis sit. Omnis motus noster, omnis actus, omnis cogitatio, omnis sermo, coelestis sit. Quanto enim nos illuc ardentius ascendimus, tanto illi praecipitantiùs ruunt; & quanto magis augemur, tanto illi inferiores fiunt. Vita nostra si sancta sit, si secundum Deum sit, illis confertur mortem. Si signis & luxuriosa sit, potentes eos aduersum nos & gigantes faciet. Quanto ergo nos virtutibus crescimus, tanto illi inferiores efficiuntur &

fragiles. Sicut è contrario, si nos infirmemur, & terrena requiamus, illi fortiores fiunt. Et quanto nos dilatamur in terris, tanto illis spatia in coelestibus largiora concedimus. Vide hoc magis agamus, ut nobis angelicis illi minuantur, nobis ingredientibus illi pellantur, nobis ascendentibus, illi cadant: sicut & ille cecidit, de quo dicit Dominus in Euangelio; Ecce vide Satanam sicut fulgur cadentem de caelo: ut illis proiectis, introducat nos illic Dominus noster Iesus, & percipere regnum suum coeleste concedat.]

S. Athanasius, mirabilem hunc victoriarum Christi effectum suspexit, quod etiam aetas infirma, Satanam, eiusque satellitem, habeat ludibrio. Sic igitur philosophatur Athanasius orat. 1. contra Arianos. [Iam olim ex quo de ceperat primum hominem Adam, petulatus omnes sese homines in sua ditione habitum, ferociter insultabat dicens; Ego vici sum orbem terrarum mea manu velum nidum comprehendam, & ut oia relictia tollam, nec erit qui au fugiat, aut obloquatur mihi. Ceterum qui antea orbem terrarum se comprehensurum iactauerat, post aduentum Domini, iam experimento doctus, quid Dominus in rebus humanis ageret, quam non posset eam quam Dominus gestabat carnem fallere, domitus fractusque, iam inde, etiam à pueris veluti pascuisculus, superbus ille pro ludibrio habetur. Puer enim infans, inferens manum suam super linguam aspidum, deridet eum, qui Euam de ceperat; & omnes qui legitime in Christum fiduciam habent, pedibus conculcant eum, qui hac verba locutus est; Ponam solum meum supra nubes, ascendam & similis ero Altissimo. Et hac quidem contumelias, ille patitur.]

Cauendum duntaxat, ne hostis quem Christus victor prostrauit, nostris dissidiis resurgat, & victoriam adipiscatur de victoribus, quod Isidorus Pelaf. l. 2. Epistola 139. ut iam reuili admonet Hermogenem Episcopum in Christi persona. Videndus idem argumentum versans in persona sua ibidem Epistola 164. Rufus autem, l. 4. Epistola 64. quam probrosum sit Christianis, vinci post Christi victorias, pulchre demonstrat.

CAPVT XV.

Christus Redemptor, Liberator, Seruator, salutare, salus, saluatio.

1145 **N** I H I L in Scripturis, & Patribus vsque communi Christianorum decantatus, quam Christum esse Redemptorem nostrum, qui est effectus victoriae de qua proximè. Nam & Iob cap. 19. tanto ante Redemptorem suum vinere contestatus est; & Iaias c. 63. de eodem dixit, Redemptor noster à saculo, nomen eius. Interdum tamen in abstracto dicitur redemptio, ut apud Apostolum 1. Cor. 1. vbi Christus dicitur factus esse nobis redemptio. Et Psalm. 110. vbi Deus

Deus dicitur misisse populo suo redemptionem. Sed hæc eodem recidunt, iuxta illud Hieronymi Epistola 26. [Christus redemptio, idem redemptor & pretium, Christus omnia.] Et reuera Christus fuit is qui dissoluit captiuitatem nostram, & ipsum litum eius dissoluendæ exiit, iure sibi soli proprio. Nam Pater & Spiritus sanctus, non sunt nostri redemptores, quamuis æquè communicent gratiam redemptionis, ac Christus. Quod vnum voluit Greg. Nyss. orat. in S. Baptisma *sub medium*, vilis asserere, nos esse à tribus SS. Triadis personis redemptos. Nostum porro redemptorem dixi Christum, quia Angelos non esse ab eo redemptos, iam supra monstraui, agens de Christo capite.

Triplex captiuitas nostra, per Christum exclusa.

Quia verò redemptio quæ nobis per Christum præstita dicitur, supponit captiuitatem nostram, eamque manifeste connotat, vt ingratitude depellamus, quod bene admonet Giselbertus cap. 9. Altercat, ab hac captiuitate est auspicandum. Triplex porro captiuitas & seruitus, à qua per Christum redempti & liberati sumus, notari potest in Scripturis, vt obseruat Toletus in cap. 8. Ioan. annot. 12. Est enim omnium terretima quam sub Satana, & peccato subiimus per peccatum primi parentis, & iniuriam numini ab ei irrogatam, excidentes à felici statu in quo conditi fuimus in primo homine, nascentes obnoxij damnationi æternæ: ac ètatenus constituti sub peccati & Satana iugo, quod nobis ipsi plerumque per actualia peccata aggrauamus, facti gehennæ filij multiplicius quam antea. Ex quo autem gratiæ originariæ statu excidimus, itémque ex quo per mortale peccatum celestis decore diuinæ gratiæ sumus spoliati, excidimus quoque iure habendi auxilia ad comparandam gloriam & vitanda peccata; vnde consequitur, vt propè nolentes abripiamur in peccatum; hinc lubricitate malè operandi viam ad scelera expediente; inde vrgente Demone, & malis sociis, ac habitibus propellentibus; tenebrarum autem & ignorantie densitate, non proponente mala imminencia, vt verè in misero homine illud Psalms prophetantis non imprecantis impleatur, *fiant via illorum tenebra, & lubricum, & Angelus Domini persequens eos*. Hæc est vna captiuitas & seruitus nostra, qua gratiæ venundati sumus, vt latè & piè admodum prosequitur Rupertus lib. 1. de meditat. mort. cap. 15. Altera fuit quæ mortales ei subiectos non parum pressit, sed ita vt penè portare eam non possent; nempe seruitus sub lege Mosaiica. Postrema est seruitus corruptionis, sub qua hîc gemunt omnes creature, iuxta Apostolum, sed homines imprimis.

* *

Primam, quæ à peccati, & Satana iugo est, qui subulerint.

1146 Regulemus distinctius tres hæc captiuitates, vt modum liberationis, ab eis per Christum præstitæ, perspiciamus. Auspicandum autem est à prima. Eam quippe inficiati Pelagiani, Christo redemptoris decus abrogarunt. Sed & Ethnici, referente S. Anselmo lib. 1. cur Deus homo cap. 6. in hoc verbo scandalizati sunt, nullum agnoscentes carcerem in quo detineremur, nulla vincula quibus astringeremur: ac proinde captiuitatem humani generis, nostramque ab ea per Christum redemptionem, inficiati sunt. Adhæsit iisdem Petrus Abelardus, ex quo hæc verba exscripsit S. Bernardus Epistola 190. quæ est ad Innocentium. [Sciendum est quod omnes, Doctores nostri, post Apostolos in hoc conueniunt, quod Diabolus dominium & potestatem habebat super hominem, & iure eum possidebat; idè scilicet quod homo ex libertate arbitrij quam habebat, sponte Diabolo consensit. Aiunt namque, quod si quis aliquid vicere, victus, iure victoris seruus constituitur. Idè, (sicut dicunt Doctores, hæc necessitate incarnatus est filius Dei, vt homo qui aliter liberari non poterat, per mortem innocentis, iure liberaretur à iugo Diaboli. Sed vt nobis videtur, (ait, nec Diabolus vnquam ius aliquod in homine habuit, nisi fortè Deo permittente, vt carcerarius, nec filius Dei vt hominem liberaret, carnem assumpsit.]

Non desunt argumenta, quibus idem probati videatur. Quatuordecim multipliciter robata, profert Driedo Tract. 5. de captiuit. & Redempt. generis humani. Sed omnia eò tandem recidunt, quod non sit Christus Redemptor, quia de nulla captiuitate liberati sumus; cum Diabolus è cuius tyrannide redempti dicimur, nullum in nos ius esset adeptus; nec videremur vterius perire obnoxij damnationi æternæ, si Christus liberasset nos, ac redemisset tam eximio litro exhibito; pro peccatis propter quæ detinebamur captiui. Quamquam quomodo sanguinis Christi effusio, & Vnigeniti mors, potuit Patri placere, vt ob ea remitteret peccata, & captiuitatem solui iuberet. Quod verò pretium, pro hoc isto teretimo peccato acissionis Christi, qua anteriorum peccatorum facta est redemptio, superesset persoluendum, vt ab eo quoque redimeremur? Hæc omnia ex Abelardo refert S. Bernardus citata ad Innocentium Epistola. Quare censuit, Abelardus, idémque ante eum, Pelagiani tradiderunt; Christum venisse quidem vt doctorem hominum verbo & exemplo, non tamen vt liberatorem aut redemptorem.

Stabilitur autoritate.

1147 Sed certa fides in plerisque Scripturis consignata, & apud omnes Patres, ac Christianos Doctores expressa, disertè habet contrarium. Eoque inprimis pertinet, illud Sophoniæ 3. à D. Bernardo in hanc rem productum, *Saluabo te, & liberabo te noli timere*. Item illud ex Psal. 106. *Exanduit eos, & redemit eos de manu*

HHH h 3 710

nu inimici, de regionibus congregavit eos. Inimicum antonomastice interpretatur S. Bernardus, Diabolum, qui non vni praeiuit regioni, sed omnibus, & ubique omnes tenuit captivos. Apostolus vero dicit illi Coloss. 1. qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transiit in regnum filij claritatis suae, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius. Et 1. Cor. 6. Non estis vestri, empti enim estis pretio magno. Ipse Dominus, comparat se fortiori superuenienti, & fortem armatum custodientem atrium suum eiicienti, vasque ac spolia auferenti, id est liberanti & redimenti homines, qui prius sub forti illo nequam erant captivi. Matthaei item 20. Christus ait se venisse, ut daret animam, id est vitam suam redemptionem pro multis.

Patres in contrarium, non est necesse proferte: cum & singulis prope paginis id tradant, & Abelardus vna eos securi exciderit; falsus ita sensisse Patres omnes, sibi tamen secus visum. Quem homine haeretico dignum typhum, his praeter cetera castigat loco citato S. Bernardus. Quid in his verbis intolerabilius iudicem, blasphemiam, an arrogantiam? Quid damnabilius, temeritatem, an impietatem? An non iustus, os loquens talia subtilibus tunderetur, quam rationibus refelleretur? Nonne omnium merito in se provocat manus, cuius manus contra omnes? Omnes (inquit) sic: sed non ego sic. Quid ergo tu? Quid melius affers? Quid subtilius invenis? Quid leceris tibi reuelatum iactas, quod praeterierit sanctos, effugerit sapientes? Aquas furtivas, & panes absconditos, puto apponet nobis iste. Dic tamen, Dic quidquid illud est quod tibi videtur, & nulli alteri. An quod filius Dei non ut hominem liberaret, hominem induit? Hoc plane nemini, te excepto, videtur: tu videtis, ubi videtis. Non enim hoc à Sapiente, non à Propheta, non ab Apostolo, non denique ab ipso Domino accepisti. Magister Gentium accepit à Domino, quod & tradidit nobis. Magister omnium, suam doctrinam fatetur non esse suam. Non enim (ait) a me ipso loquor. Tu vero de tuo nobis tradis, & quod à nemine accepisti. Qui loquitur mendacium, de suo loquitur. Tibi proinde sint, quae tua sunt.]

Munitur via ad rationem pro eadem veritate, vestigato titulo captivitatis nostrae sub Satana, per peccatum.

1148 Dimissis ergo Patribus, quos Abelardus pro more Haeticorum omnium flocci facit, ut ratione in revelatione fundata, coëreamus & reuincamus hos Errones, simulque argumentis propositis fiat satis; statuendus est verus modus, quo intelligendum est, hominem fuisse per peccatum captivitate mancipatum, quod aiebam praemittendum esse, redemptioni huic à prima per Christum. Captivi ergo proprie dicuntur, qui bello capti sunt, ut habetur apud Gellium lib. 7. cap. 18. & lib. 4. & 5. ff. de captivis & postliminio reuers. Ea enim captione desinunt esse sui iuris, & viuere, ac operari ut libet: sed ad nutum alterius adiguntur viuere, nec faciunt nisi quod sinuntur aut abeunt nisi quod conceditur ab eo in cuius potestate degunt captivi. Huiusmodi captiuitatem, cum propor-

tionem aliquam, respectu Satanae omnes incutimus, cum per peccatum hominis primi, per quod sanctitate excidimus; tum per actus peccata, quae quisque superaddidit, iuxta illud Apostoli 2. Timo 2. ut resipiscam à Diaboli laqueis, à quo captiui tenemur ad ipsum voluntatem. Innumera de hac captiuitate & seruitute, addensat Lensæus lib. 2. de libert. Christi. toto, & paucis non pauca Toletus in c. 12. Ioann. Annot. 13.

Est tamen latum discrimen, inter captiuitatem hominis bello capti per victorem, & captiuitatem hominis per Satanam. Neque enim hic fuit proprie bellum, quo homo tenens & nolens, sit deuictus, ut contingit in humana per bellum captiuitate. Sed homo cum à Satana cogi non posset, abstractus & illectus, in calces Satanae incidit, factusque est eius captiuus. Vbi si bellum quis dicat, excitationem per Satanam suggerentem & inuitantem, non refragor. Eatenus tamen à vero bello discrepat, quia homo, non est vi domitus, sed suam voluntatem se dedit hosti truculento. Quinetiam interdum homo Satanae potestati subiicitur, non appetitus ab eo atque deuictus, vilo, ac ne similitudinario quidem bello. Vitanda quippe sunt hic extrema duo, quorum alterum omnia peccata esse tantum à carne & sanguine statuit exclusa Daemonum potestate ad impellendum in ea: quod senserunt aliqui grauius notati à Driedone Tract. 2. de redempt. & captiui generis humani cap. 2. parte 1. membro 3. dist. 3. in tertia sententia. Alterum vero statuit, omnia peccata fieri autore Satana; quod item falsum est. Non enim omnia peccata sunt incore Satana, ut monstratum est, cum de causis peccati Iuda.

1149 Videtur quidem S. Augustinus orat. contra Iudaeos, Paganos, & Arianos contrarium sentire, in illa luculenta Diaboli descriptione. [Quid est Diabolus? Angelus per superbiam separatus à Deo, qui in veritate non stetit, autor mendacij, à semetipso deceptus, qui alterum decipere conueniuit. Iste aduersarius, effectus aduersarius humani generis, inuentor mortis, superbiae institutor, radix malitiae, celerum caput, princeps omnium vitiarum, peruersor etiam turpium cogitationum.] Nec minus appetit in speciem S. Ambrosius serm. 16. in Psal. 118. ad illud feci iudicium & iustitiam, ne iradas me calumniaribus me: ubi causam cur David qui iustitiam fecisse se prodit, tradi potestati Diaboli vereatur, istam profert. [Hominem se esse cognouit, impar sibi bellum aduersum spiritualia nequitiae in coelestibus; Raptum Enoch esse, ne malitia mutaret cor eius; Noë inebriatum; Lot incestum; Sacerdotem priuatum, ipsum Aaron cum Maria sorore tentatum, lepra maculis aspersam Mariam priuam, post absolutam; Moysen penè interfectum, nisi in circumcissione filij, & eiusmodi sanguinis fusione Sephora mulier eius, omne ab eo periculum depulisset. His igitur communibus exemplis, nequam se fortitudini suae credat sed tanta humilitate, diuinum sibi praedicando adsciscit auxilium, potens me tradatur nocentibus. Scit enim autorem esse principem mundi, omnium delictorum. Ipse indiuiduos proximorum, irarum stimulis excitaris scindit affectus; ipse flammam accendit libidinis; ipse adoleo auaritia cupiditates;

tes; ut quo plus rapuerimus, eo amplius requitamus: ipse suggerit & ministrat fomenta luxuriae, ipse odia exasperat, & immodica studia ambitionis inflammat. Moxque in particulari idem demonstrat de incontinentia & avaritia. Videlis an non idem quoque voluerit Autor sermonis de ieiunio apud Cyprianum, cuius haec sunt verba, alloquendo Diabolum. [Huius inferioris mundi, tua est scabies, languentis sunt vlcera, haec scalpis, haec impurus ablingis. Si quid vitij est, si quid corruptae, tu cadaueribus assides, tu contrectas putredines, tu distemperas foeces, tu veras foetores. Tu spiritus nequam, tu in pistrino seculi huius, fermentator imundus, tu sanctitatis corruptor, & simplicium perturbator, tu incendiator libidinum, & omnium turpitudinum adiuuentor; In his regnas quos inquinat, & in his quos polluit, dominaris. Fornicatores & adulteri, te habent suggestorem, & habebunt tortorem, te quoque cum illis vltima incendia concrebunt.]

Haec Patrum dicta, non sunt accipienda vniuersaliter, sed tantum indefinite. Diabolus enim (quod vnum voluit hi Patres), autor est & incentor, omnis generis peccatorum, sed non semper. Audi S. Basilium Reg. brevior. 75. cum dixisset Satanam nostris cupiditatibus plerumque, ut, ut nos ad peccatum pertrahat. Subdit enim. [Quod autem etiam mala ex nobis ipsis nascantur, manifeste Dominus ostendit; De corde enim, (inquit,) exeunt cogitationes mala, &c. Hoc autem vsu venit iis, qui ex iniuria, naturalia rerum bonarum semina, inculta dereliquerunt: conuenienter dicto illi Proverbiorum, *Tanquam seges vir sultus, & velut vinea vir indigens prudentia. Si dimiseris eum, squallebit, & herbis luxuriabit tota & fiet derelicta.* Porro quae ex huiusmodi incuria in squallorem abiit, & derelicta est anima, consequens est necessarium, ut spinas ac tribulos progeneret, & ei illud eveniat, quod dictum est; *Expectanti ut faceret vitiis, fecit autem spinas.* De qua quidem anima, illud praedictum est, *Et plantauit vineam forech:* quod, si interpretari velis, *electam* significat. Consimile autem huic, quod hic dicitur, inuenias apud Hieremiam, dicentem ex persona Dei; *Plantauit te vineam frugiferam, totam veram, quomodo conuersa es in amaritudinem vitiis alienae?* S. item Chrysostomus lib. 1. de prouid. postquam late probauit, vtilissimum fuisse, permitti nos Satanam tentatori, subdit. [Quod si penitus atque diligenter, his quae sunt, animum intendere velimus, inueniemus minime ad omnia nos, Diabolum impellere: sed cum plurimorum ille nobis lapsuum & autor, plurima item nosmetipsi per nostram solam socordiam ac negligentiam patimur. Vbi enim, ut ad priora reuertamur, ad Cain Diabolum accessisse, fraternamque eadem suggestisse legimus? Nam matri quidem illius, visus est loquens, fraudemque concinnans: huic autem, minime.] Non igitur quoties delinquimus, necesse est ut Satana instigante delinquamus; quamuis ut plurimum ita contingat, & semper cum habeamus peccati exemplar: quippe qui nobis pessimo exemplo praeruerit, quo ex capite dictus est peccati princeps, & radix prima.

De eo titulo, Patrum iudicium.

1150 Hoc igitur constituto, quod omnia peccata non fiant urgente & inuitante Satana, manifestum est quod aiebam, hominem non esse Satanam captiuum iure belli, neque eius potestati subiici, eo quod sit ab eo victus. Eodem quippe modo subiicitur per haec peccata potestati Satanæ, ac per ea quae impellente Satana perpetrar. Cum ergo quoties homo per seipsum ruit, potestas quae tunc Satanæ obtingit, non habeat pro titulo, Satanæ de nobis victoriam, necessarium est, eam potestatem reuocare ad aliam originem. Nempe ad Dei iustam permissionem, qui hominem vltro se auertentem à summo bono, Satanæ tradidit, id est dimittit, ab eo rotandum & circumagendum, eo modo quem nunc exponam. Ita titulum, & rationem ac notionem Diabolicae potestatis, per peccatum in hominem partæ, exponit sanctus Ambrosius serm. 16. in Psal. 118. *aduers. 1.* Adductis enim ex Apostolo, omnibus primariis peccatis membris, subdit. [In his enim Diaboli voluntatem facimus, & exequimur potestatem, qui per carnis istius desideria intentuum suae fraudis operatur. Quemcumque ergo in vitiis suorum possessione reperit, tanquam obnoxium suo iuri vendicabit. Adulterium qui facit, luxuriam exercet, aliena diripit, portio Diaboli est: pudicus autem & continens & misericors, Christi portio est. Christi ergo seruum, non potest sibi vendicare, nisi forte lapsum in vitia deprehenderit: ac nec tam quidem vendicat, sed tanquam suum sibi tradi postulat. Idem ergo dicit David; *Feci iudicium & iustitiam*; non ut arroget, sed ut excuset, ne quasi peccator deferatur à Christo. Exemplo sit nobis Apostolica lectio, quam ob rem vnusquisque tradatur. Illum enim qui uxorem Patris habuit, quia sic operatus est, tradidit Satanæ Apostolus. Non ergo esset traditus, nisi opera fecisset Diaboli. Vnde non immerito reuelat Propheta nocentibus tradi, qui allegat non Diaboli opera se fecisse sed Christi.]

Eodem modo saepe philosophatur S. Augustinus, ut lib. 3. contra Iulian. cap. 9. & lib. 2. de nup. cap. 29. ac optime lib. 2. de actis cum Felice Manichæo cap. 11. & lib. 3. de libero arbitrio cap. 10. nec non S. Gregorius 18. Mor. cap. 3. Sed pulcherrime S. Bernardus Epistola illa 190. his praeter cetera. [Ceterum etsi iustam dicimus Diaboli potestatem, non tamen & voluntatem. Vnde non Diabolus qui inuasit, non homo qui meruit, sed iustus Dominus qui exposuit. Non enim à potestate, sed à voluntate, iustus iniustusve quis dicitur. Hoc ergo Diaboli quoddam in hominem ius, etsi non iure acquisitum, sed nequiter usurpatum, iuste tamen permixtum. Sic itaque homo iuste captiuus tenebatur, ut tamen nec in homine nec in Diabolo illa esset iustitia, sed in Deo. Iuste igitur homo addictus, sed misericorditer liberatus.]

Egregie Abucara opusc. 1. [Deus à principio cum hominem finxit, & fortem & inuictum fecit. Quare Diabolus, cum non posset suis illi viribus superare, essetque sapiens ad nocendum, fallaciam illi machinatus est, quo vltique per obedientiam voluptate delinitum, nudauit

daunt eum gratia, quæ fortiter illum reddebat, atque ita debilitatis viribus facili eum superavit, & in omnem voluptatem, peccatum, & obedientie repulsum, vna cum posteris suis, induxit. Deinde Deus, eum qui mandatum suum improbaverat, & reiecerat, & ad inimicum accurrerat, ei que obedierat, iuste permisit tyrannide eius opprimi: *[Cui enim quis obediit huius se servum facit; (inquit Apostolus,) servi enim estis ei, cui obeditis.]* Vendidit ergo se homo qui liber erat, voluptati & inimico. Sic ille, respondens huic interrogationi infidelis. Rogo te, ut doceas, quomodo facti fuimus servi Diaboli. Et mox. *[Non dicimus sic factum esse Diabolus nostrum Dominum, ut nos penitus per vim teneat; sed quod per peccatum debilitati, deinceps tanquam valitudinarii, faciles facti sumus Diabolo ad capiendum nos, nullo negotio, & facile in peccata eius & voluptates adducti, & illecti. Sicut enim si inimicus, maleuolo suo potionem veneni adhibeat, ut potionem debilitatum facili vincat, sic cibo illo, vel o hominem decipit, & factum imbecillum, arripuit. Tenebat nos itaque servitute subiectos.]*

1151 Optime item S. Anselmus lib. 1. cur Deus homo cap. 7. quamvis ex persona Bosonis discipuli, idcirco affirmantis ambiguum & falsum videri, quod passim dicitur, Dæmonem fuisse à Christo exturbandum potestate quâ iuste possidebat eum, qui sponte se ad illum contulit, peccando. *[Non video, (inquit de hoc communi effato Boson,) quam vim habeat. Nam si ipse Diabolus, aut homo suus esset, aut alterius quam Dei, aut in alia quam in Dei potestate maneret, forsitan hoc recte diceretur: cum autem Diabolus aut homo non sit nisi Dei, & extra potestatem Dei neuter consistat, quam causam debuit Deus agere cum suo, de suo, in suo, nisi ut servum suum puniret, qui suo consensu communem Dominum deferere, & ad se persuasisset transire, ac traditor fugitivum, fur furem, cum futo Domini sui suscepisset. Vterque namque fur erat, cum altero persuadente, seipsum Domino suo furabatur. Quid enim iustus fieri posset, si hoc Deus faceret? aut si index omnium Deus, hominem sic possessum, de potestate tam iniuste possidentis, vel ad puniendum illum aliter quam per Diabolum, vel ad parcendum illi eriperet; quæ hæc iniustitia esset? Quamvis enim homo iuste à Diabolo torqueatur, eum tamen ille iniuste torquebat. Homo namque meruerat ut puniretur, nec ab illo convenientius quam ab illo cui consenserat ut peccaret. Diaboli vero meritum, nullum erat ut puniret; imò hoc tanto faciebat iniustius, quanto non ad hoc amore iustitie trahebatur sed instinctu malitie impellebatur. Nam hoc non faciebat Deo iubente, sed incomprehensibili sapientia sua, quæ mala etiam bene ordinat, permittente. Et puto, illos qui Diabolum aliquam opinantur habere in possidendo homine iustitiam, ad hoc inde adduci, quia vident hominem Diaboli vexationi subiacere iuste, & Deum hoc iuste permittere: & idcirco putant Diabolum illam iuste inferre.]* Demonstrat hoc fuse, exemplo repercutientis cum peccato, eum qui male perculserat, idcirco repercuti merebatur. Tum subdit, Diverso igitur intuitu, iusta & iniusta est eadem actio, quam contingere potest ab alio iudicari iustam tantum, ab alio iniustam. Hoc

quoque modo, Diabolus non iniuste dicitur vexare hominem, quia Deus hoc iuste permittit, & homo hoc iuste patitur. Sed & hoc, quod homo iuste dicitur pati, non sua iniustitia iuste dicitur pati, sed quia punitur iusto iudicio Dei. Ita tamen Bosonis nomine dicta, videntur tamen mente S. Anselmi esse, eum ea postea nullo modo improbare, quod solet, cum Bosonis dicta sibi non placentia, expendit.

Cuiusmodi sit Satanæ in nos potestas, post peccatum.

1152 Habemus quis sit titulus, illius qualemque potestatis quem Diabolus in peccatorem comparat, eumque ut S. Augustinus loquitur oratione contra Iudeos, Paganos & Arianos, suo Domino obstringit. Appello qualemque potestatem, quia homo non est intelligendus ita permitti potestati Satanæ, ut non possit ei obfistere, polliceturque libertate. Hoc enim falsum esse certum est, & ex nonnullis Patribus confirmatum in Mor. dist. num. 3. 15. & locis ibi notatis. Non est igitur dominium plenum & verum, quod constituitur potestate legitima, seu iure disponendi de re quapiam pro arbitrio; sed quoad titulum est ius usurpatum atque tyrannicum, quale habet inuasor in regionem quam nullo iure occupat, ut pulchre protegitur Orig. lib. 5. in ad Rom. ad illud, *regnauit mors à Adam*, Quoad ipsam vero potestatem, non est nisi vis eluctabilis, ad impellendum hominem in peccata, obfuscatum diuinum præsidium naturæ indebitum; quo fulciatur & roboretur aduersus machinationes & impetus propellentes ad malum. Supposita tamen exaratione nostra, & nativa fragilitate, ac superponendo propensionis ab habitibus aduentitios & extrinsecas incentiua, est potestas atque, cui agere obliuiscimus. Et quamvis eam aliquando excutiamus, denique tamen in eam relabimur, si iteratò peccamus. Quod aduersus nonnullos, male id superiore seculo inflicti, confirmat Lenzus libro 7. de libert. Christa. 8. c. 9. Sed puto id esse clarius, quam ut necesse sit multis ad id argumentis confirmare Scripturæ seruitutem qua Dæmoni addicunt peccatorem, non restringant ad primam mancipationem, sed absolute & simpliciter peccatorem statuant obnoxium potestati Satanæ, idque proinde etiam admittant, de eo qui post partam sanctitatem, naufragium eius est passus.

Regnum hoc Satanæ, concinne his verbis describit Autor sermonis de ieiunio apud Cyprianum. *[Regnum hoc non est natura, sed malitia. Persecutio est, non defensio, & tota huius potestatis virtus, in mortem damnationemque eorum qui sub hoc principe militant, elaborat. Regnum hoc munitur vitiis, ambitur flagitiis. Turres eius, sunt crimina; arma, quarumcumque turpitudinum molimina. Huius Regis telonarij, sunt pauperum oppressores, tribuni seductores, præfecti iudiciorum peruersores. Cubicularij eius, sunt quæstuum aduocatores, mercimonij traictores, ararij Sacerdotes, numularij Doctores, conducticij defensores, lingue subdole vel consilij locutores, venales auxiliarij, bilingues caudicij, concinnatores mendacij, fabricatores peccati, vestiti mollibus, amici discoloribus. In domo huius Regis sunt, qui paludamentis*

paludamentis talaribus pauimenta verrentes, capillis muliebribus se in feminas transfigurant, & dignitatem vitilem non sine naturæ iniuria dehonestant. In hoc regno sunt quicumque veritatem Dei commutant in mendacium: quicumque, quasi in taberna vitiorum præcones, venales animas impurissimis Dæmonibus corrupendas exponunt. Hic auaras manus cupidi muneribus complicant: hic genu flexo concupiscentiæ suæ quilibet idolum colit, & propriæ libidinis adorat simulachrum.]

Quam varîe denominetur, & quomodo ad peccati regnum se habeat.

1153. Hanc Satanæ potestatem siue regnum sic expositum, de cuius late patentia præclare Orig. hom. 30. in Lucam, Scripturæ non vno nomine appellant. Nunc enim regnum peccati, nunc mortis nominant, aliisque nominibus illud insigniunt. [Nam sicut Christus (inquit Origenes in cap. 5. ad Rom. in ipso fine,) vnum quidem est per substantiam, multis autem virtutibus & operationibus designatur, & gratia ipse esse intelligitur, sicut iustitia, sicut pax, sicut vita, sicut veritas, sicut verbum: ita fortassis & Diabolus, in multis vel in diuersis significationibus, sæpe potest intelligi. Nam & peccatum quod regnare dicitur, ipse putandus est: & mors, ipse credendus est, de quo dicitur, quia & nouissima; inimica destruetur mors. Sed & perditio, ipse intelligitur, secundum illud quod dictum est à Propheta; Perditio factus es, & non subsistes in æternum tempus. Sed & quod dicit Apostolus, Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, puto quod magis de ipso dictum sit. Ipse enim auctor peccati, & mortis, & perditionis, & consequenter, ab inuentis rebus, auctor inuenti nominatur.]

Fateor tamen, si præcisè & veluti ad metaphysicum rigorem, res expendatur, aliud esse statuendum regnum peccati, aliud Satanæ. Nam regnum peccati, vt minutè profectus sum in Opere aduersus nouam libertatem p. 1. cap. 8. num 17. illud est, quo homo in peccatum consentiens declinior sibi, ac veluti lubriciorem viam facit ad vltiora peccata; etiam si Satanæ nullo modo interueniret: Incurrunt enim habitus prauis per actiones anteriores, quorū pōdere vrgemur ad similes actiones repetendas. Et quāvis habitū immisso non multū premeret, tamen parior diuinorum auxiliorum subministratio, in peccati poenā consequens, facit vt appetitus non coercitus, ferociat ad summum vsque, aut saltem multo fortius quam faceret si per gratiam reprimeretur. Vnde homo intus, & naturæ propensione in obiectum veritatis inclinans, ægerime resistit, rursūque hastam abiiciens, cedit peccato. Et quamuis interdum proponat abstinere, tamen propè nolens abripitur ad iteranda quæ est detestatus. Consuetudo enim, tyrannus est voluntatis, vt dixit Isido. Pelus. lib. 1. Epist. 38. Idque S. Gregorius 7. Mor. cap. 14. obseruat significatum à Iob, cum dixit de improbis, innoluta sunt semina gressuum eorum. Quæ enim inuoluntur, ita complicantur, vt prima extremis neantur, cōdemque reueniatur. Impij ergo voluntur in

Theoph. Raynandi de Activib. Christi.

semitis gressuum suorum, qua reueniunt eodem; & ad eadem culpas, quantumvis eas aliquando detestati, remigrant.

Hæc est connexio peccatorum de qua S. Basilus in cap. 5. Eliae fusè ac plene disserit, ad illud, *Vbi qui trahitis iniquitatem in funiculis.* De eadem connexione, in capitulis Patrum pag. 68. Ben Azai dixit. [Curre ad præceptum leue, tanquam ad graue; & fuge à transgressionem. Præceptum enim trahit præceptum, & transgressio transgressionem. Siquidem merces præcepti est præceptum, & merces transgressionis, transgressio.] Eucherius aut quibus aliis earum homiliarum Autor, optime de eadem connexione disputat hom. 3. ad Monachos n. 9. [Scriptura pronuncians de his qui dum primas negligentias prætermittunt, in alias atque alias semper incurrunt, ita ait: peccator adiciet ad peccandum; Verbi gratia, mali cuiuslibet aut obtreccionis passio impugnare me cepit, si non statim me penitendo vitæ huius memordit, cras tanta mihi huius vitij facilitas veniet, & quædam, (vt sic dixerim,) suauitas, vt reuocare me ab illo, & continere non possim. Ita enim euenit, vt qui primo tempore emendare noluerit, incipiat in sequenti, nec velle, nec posse. Verbi gratia. Superbiæ acquiescere cœpi, regulam violauit, Seniores læsi, iuniorem destruxi. Si enim statim me penituit tam grauitè fuisse præuentum, ita de die in diem libentissimè me rapieret ipsa violentia consuetudinis, & impetus passionis, vt iam nec delinquere me intelligam, nec peccare me sentiam. Obscurat enim atque obruit intellectum onus delicti, assiduitas delinquendi. Etenim ita cor negligentis obdurat, vt hoc ipsum sese non humiliet, si non satisfaciatur, præposito suo no. ere se credat, insuper insulter, & dicat: Quam constanter ille restitit, quàm benè non acquieui, quanta auctoritate respondi? Putabat quod me semper illi humiliare deberem. Quod qui facit, Diabolo se tradidisse captiuum constat, qui de hominum vitis & passionibus ac perditione latatur, & cuiusmodi animæ eueniet illa sententia; Peccator adiciet ad peccandum.]

Seruius peccati generalis & specialis, ex dictis eruitur.

1154. Hoc est ergo peccato subesse eique seruire; (à quo enim quis superatur, eius & seruus est.) Id est, per prosopopeiam quandam inducta peccato imperantis persona, peccatum perinde hominem afficit, ac si ei dominaretur. Trahit enim illum, non quidem ineluctabiliter, sed tamen potenter: & ita vt ægerime, summæque cum difficultate, possit se ab illo non admittendo, cohibere. Quod S. Bernardus serm. 81. in Cant. sic exponit. [Vim à natura solus homo non patitur, & ideo solus inter animantia liber. Et tamen interueniente peccato, patitur quandam vim & ipse, sed à voluntate, non à natura; vt nec sic quidem ingenta libertate priuetur. Quod enim voluntarium, & liberum. Et quidem peccato factum est, vt corpus quod corrumpitur, aggrauet animam, sed amore, non mole. Nam quod surgere anima per se iam non potest, quæ per se cadere potuit; voluntas in causa est, quæ corrupti corporis vitio ac vitioso homine languescit, & iacens, amorem

111j patiet

pariter iustitiae non admittit. Ita nescio quo ptauo & miro modo, ipsa sibi voluntas peccato quidem in deterius mutata, necessitatem facit, ut nec necessitas cum voluntaria sit, excusare valeat voluntatem; nec voluntas cum sit illud, excludere necessitatem. Est enim necessitas haec quodammodo voluntaria. Est favorabilis vis quaedam premendo blandiens, & blandiendo premens, unde sese rea voluntas ubi semel peccator consenserit, nec excutere iam per se, nec excusare tamen villatens de ratione queat. In de qua illa vox; veluti gementis sub opere necessitatis huius, *Dominus*, (inquit,) *vim patior responde pro me*. Sed rursus sciens quod non iuste caufaretur adversus Dominum, cum voluntas sua ipsius potius in causa foret, attende quid secutus intulerit. *Qui dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerim?* Premebatur iugo, non alio tamen quam voluntariae cuiusdam servitutis, & erat pro servitute quidem miserabilis, sed pro voluntate inexcusabilis. Voluntas enim est, quae se cum esset libera, servam fecit peccati, peccato assentiendo. Voluntas nihilominus est, quae se sub peccato tenet, voluntarie serviendo. Et mox. [Ita anima miro quodam & malo modo, sub hac voluntaria quadam ac male libera necessitate, & ancilla tenetur, & libera: ancilla propter necessitatem, libera propter voluntatem, & quod magis mirum magisque miserum est, eo rea, quo libera; eoque ancilla, quo reat per hoc eo ancilla, quo libera. Miser ego homo, quis me liberabit à calumnia huius pudenda servitutis? Miser, sed liber. Liber quia homo, miser, quia servus. Liber, quia similis Deo; miser quia contrarius Deo.]

Regnum generale peccati cui omnes subiacemus, à speciali uniuscuiusque proprio, fecerit Orig. hom. 1. 5. in Iosue; Quia nimirum quisque suos manes patitur, & pro diversitate genij, variis sit peccatis obnoxius, quia variè inescatur & pellicitur. Unde peccati regnum. Victoris Cartennensis locus ex lib. de penit. cap. 22. est in hanc rem planè luculentus. [Ceterum (inquit,) si te in desperationis gurgitem enormitate tuorum scelorum circumactus abieceris, aut timoris tui dubitaveris represso gradu extirpare congeriem, vel sinistra mentis prolapsu declinior, in prorum vergentia adducas, lubrica excitatione vestigia, illico tibi spes amissae reparationis adimitur, rapit te sorbens in abruptum vorago facinorum, claudentur oculi tui nocte peccati, ne veri luminis videant radium permicantem; mortis se caecitas opponet, & per ludum quemdam huc atque illuc te circumducent Angeli deceptores. Fient igitur grata cuncta flagitia, & peccandi licentia tibi penitus adlubesceat. Tenebit te Diabolus suae libertati addictum, ut sit tibi liberum peccare, non vivere. Non sinet te respicere ante qui fueras, cum blandimento peccandi, dulcedine te criminum fallantissimos amocaverit. Et ut semel dixerim, ita te petendi suavitatem decipiet, ut delectabilius tibi videatur, perire potius quam redire. Omne namque peccatum, absque sui delectatione non geritur. Nec aliàs inescare animum potest, nisi suavitatem desiderij illiciat quem de cepetit. Dulcis enim mixtura, & suavis si necessesse est faecibus lethalis poculi funesta confectio, ne amaritudinis prima libertas revocet haudentem. S. e. denique visum est mulieri primiti-

ua, bonum esse ad aspectum, & dulce ad cibum arboris illius venenum, cuius postquam mentita est suavitatis, laboris comeditis, infestis morientis haultus violenta sublebas.]

Adiuncta servitutis sub peccato.

1155 Hoc est peccati regnum, quasi essentialiter sumptum. Quae enim praeterea in conspectu possunt, ad eius veluti gravamina pertinet. Eiusmodi est excecatio in scripturis frequentissimè celebrata, & pulchre à S. Greg. expresse 11. Mor. cap. 18. Nec ignorat Philosophi peccato hominem exoculari, ut docet vulgatum apud eos effatum, de quo plene in Mor. Dist. 4. num. *omnis peccans est ignorans*. Fodicio quoque & laceratio assidua conscientiae, peccato semper comitatur. Insigniter de hoc Tyrannidis peccati importabili onere, Victor Cartennensis lib. de penit. cap. 22. Hinc etiam timor ille assiduum peccatoris, nemine persequente fugientis, & ad minimum solij calum expavescentis. Exclusio meriti ad gloriam proficui, atque addo vitæ in eo finem adiuncta collata inutilitas, tyrannidis peccati ærumma est. Denique vincula quibus aligatur infelix iste captivus, sunt funes peccatorum; hoc est ferè necessitas perpetuandi & multiplicandi peccata. Audi S. Ambrosium serm. 8. in Plal. 118. ad v. 5. postquam egerat de funiculis eademibus in praclatis. Boni ergo illi fones. Isti autem funes quibus trahuntur peccata, ut vine longo, & ut loro iugi vitulae; iniquitates. Vitula enim indomita, plus se iactat & excutit cum tenetur, nec acquiescit imperio, nec adstringitur vinculo, sed magis cum loro retrahitur, exasperatur. Itaque nec coacta se subicit, nec tamen libera vinculorum est. Sicut ergo trahit vitula lorum iugi, quae etsi non tenetur è proximo, tenetur tamen, nec se explicat & absoluit: ita trahit unusquisque peccator, indomitis moribus iniquitates, qui putat se liberum, quia non est iugo subditus, subiectusque iudicio: & nescit quod non sit excusus, sed magis ut illa vitula, & ipse se implicat suorum nexibus peccatorum. Hi sunt ergo funes delictorum nostrorum, quibus involuimur & ligamur. Et ideo Saluator, qui habet in potestate peccatum dimittere, dicit nō qui sunt in vinculis. *Exite*; utinam & mihi dicat, *Exi de vinculis tuis, exi de nexibus peccatorum tuorum*: Solue funes erroris tui, quibus circumdatus & ligatus es. Etsi enim nequissimus Dominum, & detestabilis sim vlti peccatorum, illo tamen iubente liber ero, qui sub vno momento latrocinij damnatum reum supplicio eripuit, constituitque in regno suo. Sunt ergo vincula quibus constringimur, etsi videamur nobis liberi. Beatus qui haec soluit sibi vincula. Et ideo David ait; *Dirumpamus vincula eorum, & abiciamus à nobis iugum ipsorum*. Non manu utique visibilia vincula dicit esse rumpenda, sed invisibiles criminum nexum morum conuersione & fidei professione soluendos. Aut si manū, & tunc opera manus tuae eroga pauperibus, debiles eleuato, redime captivos, & soluit vincula tua. Eleemosyna enim à peccato liberat. Eripe eum qui ducitur ad mortem; hoc est, eripe eum intercessionem, eripe gratia tu sacerdos, aut tu Imperator eripe subscriptione indulgentiae: & soluit peccata tua, eruit te à vinculis.

Vincula

Vinculis enim peccatorum suorum, unusquisque constringitur, sicut ipse legisti. Ligat nos vinculis, carnis illecebra, Vinculum nostrum, auaritia est; vinculum nostrum, ebrietas est; vinculum nostrum, concupiscentia est; vinculum nostrum, superbia est. Sunt, & Diaboli vincula. Denique scriptum est: *Hanc autem filiam Abrabæ, quam ligauit Sathanas decem & octo annis.* Ligat nos Diabolus criminum nexu, ligat nos vinculo fornicationis, vinculo adulterij, vinculo perfidiæ, qua Christus negatur, vinculo inuidiæ, qua frequenter etiam frater appetitur; vinculo crudelitatis, qua nonnumquam socius & conformis occiditur. Hæc sunt vincula, quibus ligatus unusquisque ita inclinatur, vt animam suam leuare non possit, nec obtutus ad cælum mentis erigere, nisi ei dixerit Dominus; *Dimissus es ab infirmitate tua,* & munere eum suæ benedictionis crexerit. Hæc sunt sceleratorum vincula, quibus durè peccatores ligantur.]

*Nexa eidem seruituti sub Satana. Vera-
que erumnosissima.*

1156 At principatus Satanae, eiusque dominatus in peccatore, est quid concomitans regnum peccati, vel etiam illo posterius. Ex eo namque quod homo per peccatum abiecerit Deum, & idcirco superponitur ad peccatum, id est prauos habitus super naturalem ad illud propensionem sibi adiunxit, iustæque sit à Deo vbertate auxiliorum spoliatus; (quo ipso regnum peccati incurritur, Jex eo inquam consequitur, vt permittatur Satanae, ludificandus ab eo, & vrgendus ad noua scelera, cum magna resistendi difficultate. Vel si hæc quasi traditio, id est permissio qua regnum Satanae constituitur, est poena iusta concomitans præcedentes, perinde est ad rem præsentem. Aequè enim habemus regnum Satanae in peccatore, à regno peccati in eundem secerni, quasi metaphysicè rem spectando, quod vnum nunc quærimus. Ob affinitatem tamen, & quia regnum peccati maximè subseruit Satanae ad stabilendam tyrannidem suam, passim confunduntur duo illa regna, seu potius tyrannides, iisque adiunctæ seruitutes, & captiuitates peccatoris.

Vtraque fœdissima, teterrima, & erumnosissima est. Quo spectant quæ fuscè prosequor in Mor. dist. 4. à num. 421. Sed egregiè planè id expressit S. Hilarius in Psal. 125. his præter cætera. [Et quidem grauis est captiuitas corporalis, quæ iure libertatis amisso, victorum dominatui subditur; & seruiunt tum quidem corpora, sed nequaquam capitur fidelis animæ libertas, Testes sunt mihi tres pueri inter flammam cantantes: Testis Daniel in fame leonum, Prophetæ prandio saturatus: Testis Eleazar inter iura dominorum, patris suis legibus liber: Testes cum matre sua Martyres septem, Deo gratias inter noua mortis tormenta referentes. At verò quanto infelicior est animæ captiuitas? Si eam auaritia cœperit, per corpus latrocinatur ac grassatur: si libido vicerit, communicat cum corpore seruitutē: si luxuria, ira, odium, temeritas, ebrietas, inuidia subegerit, his imperantibus sibi Dominis, & anima & corpus in commune famulantur: atque ita captiuitatem animæ, & corporis, sequitur mentis captiuitas. Cæterum

Theoph. Raynaudii de Atrib. Christi.

conditionem corporis, religiosæ animæ, generositas despiciat. Officium quidem durum, tamen homini non omnino miserabile, quia ei seruatur à seruis. At verò animæ captiuitas, quam infelix est! Auarus cariturus semetipso, carere timet pecunia: negotiosus, tristis, anxius, sine requie vlla, damni metu semper detinetur, honestatis immemor est, amicitiarum inobseruans humanitatis fugax, religionem nescit, bonitatem omnino odit. At verò cui libido domina est, in quo cæno dedecoris volutatur? Pendet ad occasiones adulterium: anxius circa lasciuia suæ furta, oculis mente corpore totus in seortis est. Videns quotidie atque audiens humanas in adulteros leges, adulterium in ipso foro cogitat, quod agit timet, & quod timet, non fugit. Quid verò infelicius ebrietatis dominatu? Ventri ultra capacitatem infundere, sensui rationem adimere, non loqui, non meminisse, non stare, & mortem quandam, naturæ incolumi imperare? Quam dedecorosa autem est furtiuius motus temeritatis impetus, odiorum stimulis, liuoris anxietas? Quanta ergo perturbatio eorum est, quanta calamitas, qui supra memoratis malis seruiunt?]

Plenè item ac insigniter, Petrus Cellensis lib. de panibus cap. 15. tractans illud, *qui facit peccatum, seruus est peccati*, quod sic glossat. [Ex sententia iusti iudicis, collum superbi peccatoris, religatur in hoc seculo sub iugo periculosa vanitatis. Primitiæ namque stipendiorum originalis & actualis peccati; sunt retia inextricabilis vanitas. Grauis autem vsquequaque est vanitas, quam non leuigat sanctitas. Incuruat enim oculum rationis ad inferiora, & suspicere sursum negat oculum contemplationis ad superiora. Meminit seruus iste, antiquos libertatis discursus, cibaria suspirat Angelica, gratissimi aeris commutata deplorat amplissima spatia: in spinam defixas; sagittas sentit natantes per viscera medullas; dorsum suum à pestibus super fabricatoribus recuratum gemit, & præcordiis palpitantibus, abyssum miseriarum se iam absorbere cernit. Omni desolatione consolatio durior; cibus, vniuersis leuius austerior; vestis, nuditate austerior. Indignatur magis de tali seruitute; est enim seruitus peccati, seruitutum seruitus. Seruus namque peccati, seruus est tot dominorum, quot vitiorum. Imperant ei vitia, non Domini, sed tyranni; non beneuoli sed inimici. Præstant, sed sine vtilitate: imperant, sed sine miseratione: mandant, sed sine discretionē: contregnant super vno, sed cum dissensione. Quisque, si obtemperatum sibi non fuerit, latus miserum sanguinat: si obtemperatum, necat. sub his Dominis, vita nequitior, mors melior, si tamen non amarior. Si enim seruus petat panem accipit lapidem; si piscem, serpentem; si escam, viperam; si vinum, venenum. Rixantur frequenter, quis oculum, quis manum, quis pedem, quis aliud quodlibet membrum serui vendicans sibi, abscindat. Se in oculis regnasse, luxuria allegat, voracitas in gula; mendacium in lingua; crudelitas in manibus, leuitas in pedibus; in auribus vanitas. E contrario curiositas oculum, gulam inobedientia, fufurum linguam, manus auaritia, pedes intemperantia, aures iniustitia vendicant. Mallem non habere membra, quam tot suppliciorum pendere vestigia? Inclementius nihil hac exactione, vbi solutum

III] 2 semper

semper repetitur, innoata cum cruciatibus repetitione. Excitando ad malum, non satiatur luxuria, expetendo ad supplicium, non finitur miseria. Imples luxuriam, & adhuc esurit, sustines poenam, & adhuc crescit. Quia vitium non extinxisti, flammam inextinguibilem, tibi infelix succendisti.]

Breuitate multa complexus est Augustinus 19. Cuius, cum dixit. [Omnes qui faciunt peccatum, serui sunt peccati, ac per hoc multi quidem religiosi Dominis iniquis, non tamen liberis seruiunt; à quo enim qui deuictus est, huic & seruus additus est. Et utique felicibus seruitur homini, quam libidini, cum seruisimo dominatu vattet corda mortalium, ut alias omitam, libido ipsa dominandi. Hominibus autem illo pacis ordine, quo aliis alij subiecti sunt, sicut prodest humilitas seruientibus, ita nocet superbia dominantibus. Verè, ut ait, nullus potest excogitari deterior Dominus, quam libido, & libidinis incentor Satanas; vel quam alia quæpiam affectio peruersa, item p[er]sidiaria Satanae, iurati & capitalis hostis nostri; ipse èque Satanas peruersissimus, & sibi subiectis ærumnissimus dominator. Verissime item addit Augustinus, ceteras seruitutes quantumuis horrendas, etiam si Dominis sunt noxiæ quos immanitate ac feritate maculant, tamen subiectis in quos ea atrocitas exercetur, prodesse ac commodare plurimum. Solus hic dominatus, meram calamitatem, & ærumnarum nullo fructu temperatarum immentam molem, miseris, nec tamen miserabilibus subiectis infert. Quis enim eius misereatur, qui volens turpissimam seruiat seruitutem? Idque est huius captiuitatis & subiectionis alterum probum, quod à volentibus subitur; tantumque excutitur, quia non placet excutere? [Non bona patientia, ait S. Bern. l. 1. de cons. c. 3.] cum possis esse liber, seruum te permittere fieri.] Et mox c. 4. iungens hoc huius seruitutis probum, cum altero quod ex Domini improbitate duximus, ait. [Si potes, & non vis: multo magis seruus es huius ipsius tam peruersæ voluntatis tuæ. An non seruus, cui dominatur iniquitas? Et maximè. Nisi tu forte indignius iudices, hominem tibi, quam vitium dominari. Quid interest, volens seruias an inuitus? Nam et si coactus seruitus miserabilior, sed affectata miserior est.]

Adumbrata in Aegyptiaca, & Babylonica seruitute.

1157 Fœditatem ærumnosam huius seruitutis, & captiuitatis, scripturæ, nunc cum Aegyptiaca, nunc cum Babylonica filiorum Israël captiuitate componunt: quarum vtraque, & terribilior fuit & asperior. Durissima illa Aegypti Tyrannica seruitus, (inquit Eucherius hom. 3. de Pasch.) [Quid aliud erant illa vitia & horrenda in luto & palcis Pharaonis imperia, nisi fœda atque terrena, diabolica voluptatis officia & vitiorum detestanda contagia? siquidem infestuosæ & inania vitæ humanæ opera, palææ sunt. Palææ, inquam, nimium flammis amica materia. Sed hoc ipsum quod Pharaon in paruulis Hebræorum pueros iubebat interfici, & feminas reseruati vtrique speciem præferens, iniuicis spiritui & amicus carni: inuidens virtu-

ti, consentiens voluptati: fortitudinem præferat, concupiscentias nutrebat. Hæc itaque seruitus, quod peius est, non illius tantum temporis fuit, sed etiam nunc animas negligentium & infidelium, multo periculo, suis nequibus blandæ cap iuitatis inuoluit.] Quare Moyses, qui populum ex hac captiuitate, in Christi ex alia longè ærumnosiore liberantis typum eduxit, dicitur datus Israeli redemptor, ut videtur Actuum 7. Latè hanc captiuitatem, cum humana vitiu- fali, confert Rupertus l. 13. in Matth.

Captiuitatem verò Babylonicam, typum fuisse captiuitatis animatum sub tyranno Satana, & peccato; tradunt varij, quos retulimus, redentes rationem taciti in Ecclesia. *Allegoria* Septuagesima ad Pascha; tam concinne S. Hieronymus in Psalm. 136. cuius hæc est oratio. [Lex vmbra habet futurorum bonorum, & omnia in præfigurationem acciderunt his. Scripta sunt autem, propter nos: in quos fines sanctorum deuenerunt.] Gestæ igitur ipsa illa in exemplum, & scripta in doctrinam sunt. Itaque & hanc corporalem populi captiuitatem, referri in exemplum spiritualis captiuitatis oportet. Capta enim mentes nostræ sunt, corporum sæculique dominatu, capta à Dæmonibus sunt iure potiorum, quæ imperium in nos sum per diuersa ministeriorum genera exercent, dum nos ebrietas possidet; dum luxur subigit; dum auaritia deuincit; dum ambitio ocepit; dum melior lentia retinet; dum ira usurpat; dum omnia in nobis regnant hæc incentiua vitiorum. Venit enim Dominus, secundum Prophetam, captiuitatem auertere, cum dicitur. *Prædicare captiui remissionem.* Veni ligatos soluere, cum ait; *Hæc filiam Abraham quam ligauerat Satanas decem & octo annis, nonne oportuit solui die Sabbati?* Venit seruientes in libertatem reducere, dicens; *Amen amen dico vobis, quoniam omni qui facit peccatum, seruus est peccati; seruus autem non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Si vero filius vos liberauit, verè liberi estis.* Capimur ergo, & ligamur, & seruimus, non tam corpore quam & mente.]

Sed & Origenes hom. 1. in Ezech. ad illud *cum essem in medio captiuorum*, Ezechielem visentem captiuos apud Babylonem, figuram fuisse Christi Domini, pulchre prosequitur. Videtur insuper Gillebertum in Altercatione Synagoga & Ecclesiæ c. 17. in fine. Pleniùs de typo huius spiritualis sub Satana captiuitatis, expressè in captiuitate Babylonica, Sancius in præfatione ad c. 40. Esaiæ, & in c. 1. Zachariæ, initio; & in c. 7. Abacuc, nominatim num. 33.

Nusquam ingenuitas. Omnes captiui, hæc prima captiuitas.

1158 Hæc est captiuitas quam subeunt, & seruitus quam etiamnum seruiunt, omnes peccatores. Mirabatur verò nec iniuria Eucherius, in tam latè fusa captiuitate, ipsosque prouinciarum & regnorum Magnates occupante, iactari ingenuitatem & nobilitatem: quasi possit ingenuitas vera, cum tam terra, tamque probrosa, quodque deterrimum est, voluntaria subiectione cohærere; Quod tamen constat esse à vero alienissimum. *A quo enim quis vincitur, (Eucherij est ratiocinatio.)* sicut

sicut & Apostolus testatur, *eius & servus est*: iste obtemperat iniustitiæ, ille iræ: iste superbiam ille sævitiam: iste malitiam, ille iracundiam: iste avaritiam, ille luxuriam: Nescio quomodo se inter hæc ingenuum dicere audeat, quem tot domini in partes suas distrahant. Quid prodest quod liber est in natura, qui servus est in conscientia? Videmus nos extrinsecus generis claritate sublimem, extrinsecus mentis infirmitate degeneres: innocentem dominos, & criminum servos. Iam melior est vernaculorum ratio, quos originis videtur inclinasse conditio. Habetis boni famuli vestram consolationem, pro libertate completimini honestam servitutem. Intolerabile iugum, & sæda dominatio, & erubescenda subiectio. Aut quid spei relinquitur servienti, ubi æterna mors, innecta est servituti? sine causa est à fortis, vel genere, vel honore conspicuus, qui non est intus ingenuus. Totidem servissimis Dominis truculentisque Tyrannis, subiacet hominem, quot subiacet affectibus indomitis, atque peccatis, egregie prosequuntur Nysenus orat. 3. de beatitud. & Isido. Pelus. lib. 3. Epist. 148. Vbi ergo in homine peccatis obnoxio, perque ea Satanæ mancipato, vera ingenuitas, & digna eo nomine nobilitas? Ac proinde, quis non servus & captivus, ea de qua agimus captivitate?

Christus ab ea nos redemit.

1159. Eripuit nos ex hac captivitate ac servitute, Christus Dominus; quod quia insigniter planè docuit Origenes hom. 6. in Exodum motibus difficultatem initio propositam, & solvens, iuvat eum audire. Tractat ibi illud Cantici Moysi, *populum suum quem possedisti*, seu ut ipse legit *acquisivisti*. Sic ergo disserit. [Sed si ipse Dominus creator est omnium, videndum est quomodo hæc acquisisse dicatur, quæ sua esse, non dubium est. Dicitur & in alio cantico Deuteronomij, *Nomen hic ipse Deus, qui fecit te, & creavit te, & acquisivit te*. Videtur enim unusquisque illud acquirere, quod non fuit suum. Inde denique & Hæretici dicunt de Salvatore, quia non erant sui quos acquisivit. Dato enim pretio, mercatus est homines, quos creator fecerat. Et certum est, (aiunt,) vnumquemque non illud emere quod suum est. Apostolus enim ait; *Pretio enim empti estis*. Sed audi quid dicit Propheta: *Peccatis vestris vendidisti estis, & pro iniquitatibus vestris dimisi matrem vestram*. Vides ergo quia Dei quidem creaturæ omnes sumus, unusquisque verò suis peccatis vendidatur, & pro iniquitatibus suis, à proprio creatore discedit? Dei igitur sumus secundum quod ab eo creati sumus. Effecti verò sumus servi Diaboli, secundum quod peccatis nostris vendidati sumus. Veniens autem Christus redemit nos, cum serviremus illi Domino, cui nosmetipsos peccando vendidimus. Et ita videtur tanquam suos quidem recepisse, quos creaverat, tanquam alienos autem acquisivisse, quia alienum sibi Dominum, siue errando, siue peccando quæsierat. Et fortasse, rectè quidem dicitur redemisse nos Christus, qui pretium nostri, sanguinem suum dedit; quid tale autem ut nos merceatur, etiam Diabolus dedit? Ergo, si videtur, ausculta. Homicidium, pecunia Diaboli est. Ille enim ab initio homicida est. Fecisti homi-

cidium, Diaboli pecuniam suscepisti. Adulterium Diaboli pecunia est. Diaboli enim in eo imago est, est, & superscriptio. Commisisti adulterium, accepisti Diaboli numisma. Furtum, falsum testimonium, rapacitas, violentia, hæc omnia Diaboli census est, & Diaboli thesaurus. Talis enim pecunia, de eius moneta procedit. Hæc igitur pecunia emit ille quod emit, & efficit sibi servos omnes, qui de huiusmodi censu quantumcumque susceperunt. Verum ego veteor, ne etiā aliquas de astantibus quos noscimus, Diabolus meretur occultè; ne etiam aliquibus nostrorum hanc pecuniam quam supra enumeravimus, ingerat & faciat illos tursum suos, & rursum pro eis tabulas servitutis; & peccati chirographum scribat, atque immisceat servis Dei, eos quos peccati pretio sibi fecerit servos. Solet enim, quia inimicus homo est, tritico miscere zizaniam. Et tamen si quis fortè huiusmodi pecuniam à Diabolo deceptus, accepit, non viquequaque desperet; misericors enim est & miserator Dominus; & creaturæ suæ non vult mortem, sed ut convertatur & vivat. Penitendo, stendo, satisfaciendo, delectat quod admissum est. Dicit enim Propheta, *Quia si conversus ingemueris, tunc saluus eris*. Paulò latius progressi sumus, dum volumus exponere quomodo Deus quæ sua sunt dicatur acquirere, & redimere Christus sanguine pretioso, quos emerat Diabolus vili mercede peccati.]

Habes quomodo vendidati sumus, & quomodo Christus nos redemit magno pretio. In eadem sententiâ pulchrè disputant Rupertus l. 1. de meditatione mortis à cap. 15. & S. Epiphanius Her. 42. quæ est Marcionistarum quem religio sit omittere. Impugnans enim spurcum illum, qui ex eo quod Apostolus ad Galatas, dicit Christum factam maledictum, nos redemisse, inferebat, nos prius, fuisse alterius quam Dei, ait num. 8. [Maledictum Christus non est, sed dissolutio maledicti: contra verò benedictio omnibus est, in eum verè ac sincerè credentibus. Vnde & redemit, scriptum est, non emit. Neque enim in alienam possessionem, diripiendi vel emendi gratiâ venit. Nam si emeret, quod ante non habebat, emeret; ac mendici instar quibus caruerat sibi compararet. Cuius autem in peculio eramus, omnino egestate nos oppressus aliqua vendidisset, quasi à creditore quopiam coactus. Longè verò sese aliter res habet. Non enim emendi verbo usus est, sed redimendi. Cui simile est illud quod idem Apostolus alio loco dixit, *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt*. Atqui neque dies emuntur à nobis, nec pro illis pretium vllum persolvimus: sed ad patientiam, ac tolerantiam, animisque constantiam exprimendam, eam loquendi rationem adhibuit. Quocirca redimendi verbum, totum illud suscepti pro salute nostra corporis, aduentusque negotium significat; quo quidem pati nostrâ causâ dignatus est Deus, qui pati nihil alioqui poterat, cum in eodem statu divinitatis, patienti videlicet nihilominus persisteret. Quod verò perpeti aliquid pro nobis voluit, non ad emendi nostri gratiâ præstitit, quasi alieno mancipio teneremur: sed vno duntaxat nostri studio & amore ductus, Crucis supplicium, non necessitate vlla, sed voluntate sustinuit. Hactenus Epiphanius ex accurata & ad Græcum contextum exacta Dionysij Petauij interpretatione. Ne

quod Consalvus ad eiusdem Epiphaniij Phisologum c. 20. contra Cornarium interpretem tritatur, de S. Epiphaniij mente non esse quis censcat, quod nos emptos ex Cornarij versione negabat. Verè enim S. Epiphanius nos à Christo emptos negat, non quomodolibet, (quod esset contra Apostolum contestantem, *Empri estis pretio magno*), sed in sensu pro quo in præsencia satagimus, quasi nimirum prius fuissetus Dei dominio subducti, & transmissi in Satanæ iura, legitimamque possessionem.

Et redemptio, est in actu primo duntaxat, & quomodo omnium: aut non nisi quorundam.

1160 Addendum verò est, redemptionem prædictam, non fuisse nisi in actu primo, (vt sic dicam:) idest præstitisse Christum, quicquid ex parte optimi liberatoris & redemptoris, necessarium erat, vt redimeremur, dummodò per nos non stet quominus redemptio exhibita, & ex parte Christi sufficienter perfecta, ad nos pertineat. Beneficia enim diuina, quæ hominis sanctificatione, & verà à peccati & Satanæ vinculis exsolutione continentur, in homine libertate arbitrij donato, sibi que permisso, & per ætatem sui potente, humanam acceptionem deposcunt. Itaque vt optimè Philosophatur Nylsenus in Oratione Catech. cap. 30. tametsi omnes, sunt in actu primo redempti, nihilque desideratur ex parte redemptoris, quod ad liberationem plenam captiuorum possit opportunitum aut necessarium videri; tamen non omnibus obtingit reipsa liberatio, quia non omnes, suum esse volunt, exhibitum à Christo beneficium. Vnde mirum non est, si multi hodièque perstant captiui. Disputatum est in hanc rem plenè superius l. 3. sect. 1. c. 2. *sub finem*.

Quod autem aliqui Patres, affirmant, non omnes homines, sed solos electos, esse à Christo redemptos; sicut Christum non esse mortuum, nisi pro iis qui saluantur de facto, non aliò pertinet, quàm ad factam his duntaxat applicationem beneficii omnibus communiter prouisi; sed ab his duntaxat sibi adhibiti, si adulti erant: vel adhibiti per eos quorum intererat, si non erant sui compotes. In quem sensum sect. illa. c. 4. *sub finem*, accipiendos monui, Arnobium Lugdunensem, quos ibi retuli, affirmantes Christum pro solis iustis redimendis vitam abieciisse. S. Augustinus eodem sensu lib. 1. de adulterinis coniugiis c. 15. ait, [Omnes qui Christi sanguine redemptus est, homo est. Non tamen omnis qui homo est, etiam sanguine Christi redemptus est.] Et l. 2. de symbo. c. 8. quærens cur Christus cicatrices rediuius retinuerit, affirmat id factum, vt in die iudicii, confunderet impios, qui beneficiis per Christum partis, vt noluerint; suffunderentur enim immenso rubore, cum ea conspexerint vulnera; videbantque in quem pupugerunt. [Non vt eis dicas sicut Thomæ; *Quia vidisti, credidisti*: sed vt conuincas eos veritas dicat, Ecce hominem quem crucifixistis, Ecce Deum & hominem in quem credere nolulistis. Videtis vulnera quæ infixistis, agnoscitis latus quod pupugistis: quoniam & per vos, & propter vos, apertum est, nec tamen intrare

voluistis. Qui non estis redempti pretio mei sanguinis, non estis mei: discedite à me in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius. Sed illorum mors proficiat ad nostram salutem. Si illi contempserint, nos timeamus eum qui sic venturus est iudicare. Festinet vniuersique cum viuunt, vt viuatur; curat vt eius pretioso sanguine redimatur, ne cum non fuerit inuentus in numero redemptorum, in numero maneat perditorum.] En quomodò redemptos statuit eos duntaxat, quibus adhibita est redemptio: seu qui cum effectu saluantur, nimirum quia soli beneficium Christi noluerint esse inane; ac proinde non tantum in actu primo, sed etiam in actu secundo, sunt redempti. S. Chrysostomus rem subtiliter attingit hom. 17. in ad Hebr. expendens illud *semel mortuus est ad multorum exhaurienda peccata*. Sic enim ad hæc verba interrogat. [Quare multorum, & non omnium? Quoniam non omnes crediderunt. Pro omnibus quidem est mortuus, quantum ad ipsum attinet. Mors quidem illa ex æquo respondet omnium interitui, non exhausti autem & sustulit omnium peccata, propterea quod ipsi noluerint.]

1161 Hi sunt, quos obstructa per Christum peccati amphora, ab iniquitate sublatos, in terram Sennaar, Zacharias c. 4. præclaro ænigmati describit, tradens exhibitam sibi mentulam procedentem insidente muliere, quæ esset vniuersæ terræ iniquitas, sed sublato plumbi talento in os insidentis, vas à duabus aligeris mulieribus alas habentibus velut vppurum, apprehensum & exportatum est in terram Sennaar, Babylonis regionem. Plumbi talentum, S. Cyrillus l. 3. de adorat. in fine, ait esse Christum [qui attollitur quidem, idest exaltatur per crucem, ac dignitate diuinitatis spectatur insignis. *Deus*, enim, illum super omnia exaltauit, & largitus est illi nomen, quod est super omne nomen. Obstruit autem os iniquitatis, iuxta illud quod in Psalmis canitur, *Et omnis iniquitas oppilabit os suum*; quod ea prohibeat aduersus eos clamare, qui ex infirmitate peccauerint & fide iustificati sint; *Deus enim est ille, qui iustificat*; quis est qui condemnet? Itaque, cum Christus passus sit pro nobis, quomodò consequens esset, etiam à nobis ipsis repeti nostrorum peccatorum penas?]

Cur autem Christus dictus sit lapis stanneus, vel plumbi talentum, rationem primum petit ex vi plumbi, seu stanni adunatiua. Tum etiam eo quod, [Argentum improbum, simul cum plumbo si excoquatur, optimè purgatur: rapit enim plumbum ad se naturæ vi simul excocti metalli sordes. Non dissimile fuit ille, quod Christus erga nos ipsos impleuit: nobis enim cum improbi essemus, non corporaliter modò, sed spiritaliter admissus est; Ita denique sordes excoxit eas, quæ nobis inerant: is enim tollit peccata nostra; vt nos propter ipsum, & per ipsum puri ac splendide simus. Et certe Propheeta Hieremias de Iudæorum populo, qui purificationem repudiarent, eam quæ per Christum perficitur, conqueritur dicens; *Defecti suffragium ab igne, defecit plumbum; frustra argentum constet, nequitia eorum non sunt excelsa: argentum reprobatum vocare illos, quia reprobauit illos Dominus*. Intelligis igitur non ignotasse Scripturam diuinam, purificationem argenti, sine plumbio

plumbo fieri non posse. Ergo quia nos cum reprobi essemus, à Christo purgati sumus ideo ille per plumbum figuratur.] Hæc secunda ratio denominandi Christum, stannum, aut plumbum, est huic loco accommodata.

1162 Quomodo ergo per Christum sit obstructa iniquitas, & quomodo nihilominus ei quidam postea adhæreant, & apprehensi à mulieribus vpupatum specie alatis, in Babylonem abdantur, sic exponit S. Cyrillus. [Obstructum est per Christum, os iniquitatis, iustificati namque illo sumus, atque ab omni criminatione liberati, illaque iniquitatis aduersum nos accusatio conquieuit, hanc enim totius dispensationis suæ finem propositum habuit is, qui propter nos, secundum nos, & pro nobis mortem subiit, etiam denuo reuixit, neque enim fas erat, vt vita morti succumberet. Sed nonnulli non crediderunt Christi Euangelio, ideoque, cum à peccato redimi noluerint nil mirum, si eius peccati sarcinam denuo ferunt, quam suis ipsi ceruicibus, infirmitate rationis, & languore mentis, & mollitie animi parum virilis, imposuerunt. Hi enim spiritui improbo circumferuntur, & ad omne genus impuritatis vehementissimè compulsi, summum studium rebus vitiis impendunt. Studij porro insigne, sunt pennæ, quas etiam esse ac vpupæ: genus est autem id auiculæ, quæ semper circa lutum pessimè olens volat, atque ex cæno & sordibus, pastum petit. Igitur quicumque sua studia in impuritatem intumunt, hi procubus pennas vpupæ iure optimo habere dicendi sunt. Muliebri idem specie sunt, & effeminati: denique eadem forma sunt, quæ esse dicitur iniquitas, eorum domina. Vt enim conformes Christo per sanctificationem fiunt, qui sub ipso sunt, sic iniquitati conformes ac similes sunt, qui iniquitatis sarcinam fastulerunt, institueruntque vitam cum vitiis impuritate traducere. In Babyloniam porro regionem mensuram deferunt, ibique domum ei querunt: quæ res, ni fallor, hoc figuratè significat, quia ea bona respicit, quæ per Christum parata nobis sunt; animaduertitque obstruccionem, quæ ex peccato est, in eo quoddam studium omne in impuritate collocatum habet; fore vt is ex ciuitate sancta Hierusalem, hoc est, à sancta illa parente primogenitorum, superaque ac pulcherrima ciuitate, ac pondere penè non ferendo pressus, vnâ cum Babylonis habitet, id est, partem ac sortem cum impiis idolorum cultoribus habeat. Qui enim Christi Redemptionem contemnunt, ij ab impiis non differunt.] Christi Redemptionem ab impiis contemnunt, quia noluerunt beneficio per Christum oblato potiri. Itaque sunt quidem in actu primo, seu quoad sufficientiam redempti; non tamen in actu secundo, siue quoad effectum: quia noluerunt, & Redemptione oblatam contemplerunt. Ex se autem, ipse Christus omnes peccati Reges interfecit, vt in eius typodictum est de Iosue, expenditque Origenes homil.

15. in Io-
sue.

Prior modus exponendi nostram per Christum Redemptionem, appenso litro.

1163 Modus exhibitæ per Christum redemptionis, dupliciter in Scripturis & Patribus exprimitur, pro analogia ad duplicem modum redemptionis in humanis. Prior est, annumerato litro conuenienti; posterior est debellatione hostium à quibus oriebatur captiuatio. Christus litrum superabundans pro liberatione nostra appendit, non Satanæ qui non erat creditor, & cui satisfaciendum non erat, sed æterno Patri. Quamuis enim Satanæ esset qui nos captiuos tenebat, non Deus; tamen quia Satanæ nihil poterat absque Dei permisso, Deo autem placato excutienda erat eius inuasio, iure dicimur redimi ab eius captiuitate pretio persoluto, & litro exhibito, non ipsi, sed Deo, vero creditori: cum quo promde, Christum vt negotiatorem nostra causa agentem, sic proponit S. Augustinus fragmento 7. Tomi 1. o. cum Christi nobiscum negotiationem, & admirabile commercium prænississet. [O bone mercator, eme nos. Quid dicam eme nos: cum gratias agere debeamus, quia emisti nos. Pretium nostrum erogas nobis: sanguinem tuum bibimus. Euangelium legimus, instrumentum nostram: serui tui sumus; creatura tua sumus, fecisti nos, redemisti nos. Emere quisque potest seruum suum, creare non potest. Dominus autem seruos suos & creauit, & redemit. Creauit vt essent redempti ne semper captiui essent. Incidimus enim in principem huius seculi, quæ seduxit Adam, & seruum fecit, & cepit nos tanquam vernaculos possidere. Sed venit redemptor, & victus est deceptor. Et quid fecit redemptor noster captiuator nostro? Ad pretium nostrum tendit musculam, crucem suam: posuit ibi escam, sanguinem suum. Ille autem potuit sanguinem illum fundere, non meruit bibere. Et in eo quod fudit sanguinem non debitoris, in illis est reddere debitores. Fudit sanguinem innocentis, & iustus est recedere à nocentibus, ille quippe sanguinem suum ad hoc fudit, vt peccata nostra deleteret. Vnde ergo ille nos tenebat, deletum est sanguine redemptoris. Non enim tenebat nos nisi vinculis peccatorum nostrorum. Istæ erant catenæ captiuorum. Venit ille, alligauit fortem vinculis passionis suæ. Intrauit in domum eius, id est, corda eorum vbi ipse habitauerat, & vasa eius eripuit. Nos sumus vasa: ista impleuerat ille amaritudine sua. Hanc amaritudinem, etiam nostro redemptori, felle propinauit. Impleuerat nos ergo ille tanquam vasa sua, Dominus autem noster eripiens vasa eius, & sua faciens, fudit amaritudinem, impleuit dulcedinem.]

Emit igitur nos Christus, à Patre; & redemit, discussa captiuitate nostra; insigni & magno, pro ea pretio Patri exhibito. Illud autem pretium ipsemet Christus fuit, vt dicitur 1. Timo. 1. *qui dedit semetipsum redemptionem;* quatenus scilicet vitam suam misericorditer impendit, vt redimeremur. Et quia vita in sanguine est, id est per sanguinem fouetur, ita vt planè corrupto vel effuso sanguine desinat vita, propterea sæpè dicimur redempti, non corruptibilibus auro, & argento, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati. Et Apocal. 5. dicitur *redemisti nos Domine Deus,*

Deus, in sanguine tuo. Et Apostolus. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius. Non quod Deus, sanguinem filij sui tam horrendo crimine effusum amauerit, illumve poposcit; sed quod actus quo ea sanguinis effusio, siue illa vitæ voluntaria dimissio, ac spontanea mors, offerebatur; summo perè, placuerit Deo: Ille inquam actus voluntatis Christi, quo se ad satisfaciendum Deo, per patientissimam deiectionem ex charitate Dei & miseratione nostri, vltro obtulit. Hoc namque fuit pretium, illud quod Deus tanti fecit, vt etiam horrendum peccatum quo vita Christi eripiebatur, deletum illius pretij annumeratione voluerit, vt pulcherrime dissert S. Bernardus Epistola 10. Dissolvens argumenta Abelardi superius proposita, quæ ex hac doctrina planè concidunt.

1164 Theodoretus sermo de Prouid. hanc primam redemptionem per Christum tanquam litrum, quoad aliquos redemptos, eos scilicet in quibus primum locum habuit hæc redemptio, sic representat. [Vide naturæ Chirographum sublatum, & amara mors. Vide illud ipsum cruci affixum, & sublatum ex eo peccatorum notas aspice. Vide vt malitia subscriptionem non acceperit. Huius ergo corporis oculi, oculorum qui malè spectauerant, soluerunt debitorum: huius aures, pro inquinatis satisfacere auribus: similiter & lingua, manus, ac membra reliqua, pro membris quæ peccata qualicumque commiserant. Debito igitur persoluto conuenit vt qui propter illud carceribus inclusi fuerant, carceribus liberentur, & pristina libertate fruantur, ac ad patrios locos redeant.]

Vniuersaliter autem, de eodem sic habet Sidorius in Eucharistico ad Faustum eam. 16. alloquens Christum,

Quique etiam penas, suscepta in carne iulisti,

Sustinens alapas, ludibria, verbera, verpres,

Sororem, vincula, crucem, clauos, fil, misile, acetum,

Postremo mortem, sed surrecturus, adisti,

Eripens quidquid veteris migrauerat hostis

Inimicum, per nostrum facinus, cum feminâ primâ

Præceptum soluens, culpas nos perpetuâ vinxit

Qui cum te interitu petijt, nec reperit in te

Quod posset proprium conuincere, perdidit omne,

Quod lapsu dedit Eua suo; chirographon illud,

Quo persuasus homo est, hac compensatio rupit,

Expers peccati, pro peccatoribus amplum Fu pretium, veteremque nouus vice fauoris Adam

Dum moreris de morte rapis, sic mortua mors est,

Sic sese insidiis, quas fecerat ipsa sefellit.

Nam dum indiscretè petijt insonitum quo rebusque

Egit vt absolui possent & crimine nexi.

Audi & Proclum homil. de nativitate Christi um. 5. [Humana natura propter peccata mul-

tis obstricta debitis tenebatur; neque quod debebat, vlla ratione dependere poterat. Per Adam namque omnes peccato quasi chirographum dederamus, omnesque Diabolus in servitutem redegerat. Etenim corpore nostro per multis passionibus subiecto, veluti charta vitæ, nostræ venditionis pretia ostentabat, passimque debitum malignis ille falsariis, minutim ad supplicium condemnationemque deposebat. Erat itaque alterutrum duorum necessarium: aut vt omnes per condemnationem precipites abirent in mortem (omnes enim peccauerant) aut certe vt talis pretium daretur, cui omnis suppetebat iustificatio ad rescandum. Atqui homo, quod peccati debito subiaceret, saluare non poterat: Angelus verò quod tantum redemptionis pretium ipsi non suppeteret, humani genus redimere nequebat. Supererat igitur vt Deus per omniū peccatis moreretur, qui nulli peccato obnoxius erat: atque vnica hæc restabat mali solutio. Illa itaque, quæ vniuersam naturam ex nihilo produxerat, cuique nulla ad erogandum facultas deerat, vita morti condemnationisque additis reperit tutissimam, mortisque solutionem decentissimam, dum nimirum ex Virgine modo quem solus ipse nouit, (nulla enim oratio miraculū hoc assequi valet) humanam naturam assumit, assumptamque in mortem contrahit: vñque in modum redemptionis pretium dissoluit, iuxta illud Pauli: In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, peccata omniumque remissionem.]

Chrysostomus homil. de baptismo Christi, monstrans quomodo Christus impleverit omnem iusticiam. (Finge inquit.) ducentos esse denarios mandata legis: hoc debitum, genus nostrum persolvere oportebat: Non persoluitur: coëtebat nos mors obnoxios istis criminibus: cum venisset Christus, nosque coëctos offendisset, æs alienum dissoluit, debitum illud impleuit, & eos qui solvendo non erant liberauit; idcirco non dixit, *deci nos hoc vel illud fuisse, sed implere omnem iusticiam.* Me Dominum decet, (inquit.) qui habeo, pro iis qui non habent persolvere.]

Anastasius Sinaïta lib. 4. de rectæ fidei dogmat. sub medium, & nostram venditionem, & redemptionem per Christum, appenso pretio, servatque legitimis ritibus affectionis in libertatem, describit his præter cetera. [Reuera nos eramus qui mortem habebamus adulterinam dominam, & honores nostros ab eo toleramus, ac peccata ad mortem peccaueramus. Clamat igitur Propheta, arguens scelus venditionis, inquit. *Ece peccatis vestris venditis estis.* Sed licet venditio scelerata fuerat; oportebat tamen iustam, & legitimam esse liberationem. Empti enim sumus omnes, pretioso sanguine agni immaculati, & incontaminati Christi, atque ita liberati à carcere eius, qui nos primum in servitutem redegerat; libertatem consecuti sumus. Scidit igitur nostrum chirographum, quo nos ipsi servituti mancipauimus, omnia propter nos perpeffus, quæcumque dicunt esse signa integritatis libertatis. Etenim verberatus est & pugnus castus. Nimirum iusto Romano olim qui servitute liberabantur & virga Prætoris feriebantur, & alapam excipiebant.

Medus

Modus alter exponenda nostra per Christum Redemptionis, de bellatis captiuatoribus.

1165 Alter modus quo redemptio nostra perfecta dicitur, est per debellationem Satanae & peccati, expressi per fictionem iuris, ad modum resistentis, & praelio configentis. Peccatum enim contritum est, & Satanas compressus; unde illa summa post Christum obligatio secutandi sanctitatem, expressa ab Isaia cap. 20. iuxta Isidorum Pelusiotam l. 4. Episto. 154. sic scribentem, [Grandiloquus ille Elaias, quasi edita voce exclamat; *Disce bonum facere, qui inhabitatis terram; compressus est enim impius.* Nam quia Prophetici oculi praeuidebat Saluatoris in carnem aduentum, omni praestantiorum oratione, qui & infinita omnique admiratione maiora bona hominum genere conciliauit; & Tyranno (Diabolo) nervos incidit idcirco clamabat; *Disce iustitiam facere. Cessavit enim tyrannus, nec amplius in omnes, quia viros, quia fecundas, impetum facit.* Omniaque in tuto collocata sunt; exceptis illis, qui semetipsos sua sponte, eius subternunt atque subiciunt deceptioni. Decipere enim homines potest, vi autem subigere amplius non potest.] Vtroque ergo illo hoste per Christum superato, excepti sumus e priore sub illis captiuitate, & restituti pristinae libertati.

Est tamen difficultas aliqua, circa hanc rationem exprimendi modum redemptionis nostrae. Nam plerique Patres, disertè docent Deum noluisse hominem liberare per potentiam; nec Christum voluisse uti potestate ut hominem eriperet; quod absque controuersia poterat; sed elegisse humilitatem, & patientiam; ut Satanas per iustitiam non per potentiam subigeretur, & ea via liberatemur. Ita S. Augustinus lib. 3. de lib. arbit. cap. 10. & lib. 13. de Trinit. cap. 12. & 13. & 14. S. Gregorius 17. Mor. cap. 18. S. Leo serm. 5. de passio. & serm. 2. de Natiuit. Dom. Gelasius Papa lib. contra dicta Pelagianorum. At modus hic posterior, quo redemptionem per Christum factam exprimimus, sapit potentiam non humilitatem. Debelle enim, & hoste debellato captiuum eripere, est fortioris superuenientis; quia actio est à proportionem maioris inaequalitatis.

1166 Hic nodus facile extricabitur, si consideremus redemptionem pro nobis à Christo exhibitam, mansisse quidem ab actu summae potestatis in Satanam & peccatum; sed fortitudinem brachij quo duo illi hostes nostri sunt contriti atque contriti, ab conditam fuisse. nec fuisse extertam, nisi praesupposita imo adiuncta infirmitate, qua ex iustitia compensaretur iniuria Deo illata, & captiui de Satanae iniustioris tyrannide eriperentur, non ex mera potestate, & tantum quia placuit, sed quia iustissimum fuit ita fieri, reparata Dei iniuria, & Satana vis fasque praetergresso, & ultra quam ferebant fines diuinæ ob peccatum permissionis grassato in Christum. Deus enim ob peccatum, permiserat tantum Satanae sauire in peccatores. At ille transiens hos terminos deceptus Christi humilitate, in eum quoque artauit. Sed fortis impiegit in fortem, & ambo pariter conciderunt. Christus quidem corporaliter, amissa ad tempus

Theoph. Raynandi de Attrib. Christi.

modicum vita. Satanas autem aeterna contritione prostratus est, & potestas eius prorsus euerfa. [Ac sic ille saeuissimus draco (inquit Eucherius homil. 3. de Pasch.) proprium venenum, in necem sui, refluxum sentit exitu: ac dum nocere se credit, dum contra Deum suum caecus impetum facit; dumque pondus tormenti sui illidit in solidamentum, ictu suo reperiussus, fortem fuisse se doluit, & omnem nocendi potentiam se amisisse cognouit, quia noxios virulentorum dentium morsus tacto in corpore dereliquit; & ideo nunc infelices quosque quos sibi assensum facilem accommodare praeuiderit, ad fauces suas solis sollicitationum carminibus trahit: & voluntariam praedam, inermis expectat ac proinde prostratus à Domino, humanum genus, non quasi fortior impugnat, sed iniqua consilia quasi debilitatus exhibet.]

Et ibidem homil. 6. in fine, post longam circa hoc exspiationem, [Repulit mortem omnibus debitam, dum solus soluit indebitam: ac sic per indignissimam passionem, quia non habebat peccata propria, redemit aliena. Hac itaque iustitia victus est, & hoc vinculo victus est, humani generis tantus inimicus. Nam cum se illi homo vendidisset, sicut ait, *peccatus vestris venditi estis*, & per peccati commercium solus illi homo deberetur, ille Deum consuetudinaria praesumptione deceptus appetiit, & dum occidit liberum, amisit obnoxium: perdidit ius suum, dum inuadit hominem non suum. Totum ergo cum eo perdidit, quia nihil in eo quod tenere posset inuenit, sicut ipse Dominus ait, proximus passioni, *Eccce venit princeps mundi huius, & in me nihil inuenit.* Ac sic Diabolus dum quaerit quem occidere possit, inuenit quem damnare non possit.]

Pia Redemptionis utrolibet modo perfeta, recognitio.

1167 Insignem praxim agnoscendi beneficium huius per Christum redemptionis, eamque sibi applicandi, suppeditat Prosper in confessione sua quae extat. Tomo 15. Bibl. Col. Excerpto inde nonnulla. [Heu (inquit) me miserum? Relicta patris domo abij in voluntarium desertor exilium: & duce victorum omnium multitudine, intima quaeque Aegypti per spatioforum iterum procliuia deceptus intraui. Illic attrita decoris stola, & nobilitatis veste corrupta, inopem me, & paternorum decoctorum bonorum, subdoli comites, infideles amici, sub hasta moris, & auctione peccati, cupidissimis licitatoribus vendiderunt. Sub quorum longo & graui confectus imperio, in Babyloniorum etiam iura transui. Ibi cum per innumeras seuiissimarum dominationum vicissitudines, non in subiectione corporis, sed animae sudore seruirem, & dignis confusus officiis, peiore quotidie status mei conditione turbarer: subtraxi me, quantum ab instantibus dominis licuit, in occultum spiritus cordisque secretum: & apprehenso cuiusdam sanctarum Scripturarum volumine, quid mihi adhuc spei superesset inspexi. Ac multo perfulsus imbre lachrymarum Quo usque, inquam, dominabuntur mei qui oderunt me? quamdiu inimicis meis seruiam? Istis quidem ipse me dedi, & per lethiferas voluptates pretium meae perditionis accepi, sed pacisci de me meo iure

K K K K

iure non potui. Habebam enim Dominum & meus non eram. Scio enim me eius redemptionis sanguine, cui cœlestia, & terrena, & inferna subiecta sunt. Quid istis mecum est, quorum commercium mors est? Reuertar ad eum qui me eruit ad vitam, ac ne me reuertendi moretur facultas, quia in medio gentis alienæ sum, & regni sui limites barbarus dispositis seruat excubiis: bene est, quod redemptorem meum, tenentem omnia loca non tenent. Præsens cœlis, inferis adest, totus in abyssis est, totus in terris: non itinere adeundus, non navigatione quaerendus est. Ipsum in Hierusalem reliquimus, ipsum in Aegypto prætermisimus ipsum inter Babylonios non videmus. Sed quæramus & apparebit, pulsemus, & aperiet, petemus, & tribuet.]

Nullus præter Christum, vel cum Christo, Redemptor; Non B. Virgo.

Liquet ex dictis, utrumque redemptionis modum propositum, ita fuisse Christo proprium, ut nullum alterum potuerit habere autorem. Nemo enim æquale pretium appendere, nemo ex iustitia Deo satisfacere, & peccatum Satanæque placato Deo contundere poterat, præter hominem Deum. Quæ omnia, agendo de finali Christi causa, plenè & solide sunt constituta. Itaque quod interdum aiunt nonnulli, B. Virginem pro liberandis hominibus tulisse pretium, (quæ est Sophronij locutio, homil. de Assumpt. Deip. & Hildephonsi serm. 2. de Natiuit.) nec dissimiliter nonnulli apud Suarem t. 2. 3. p. d. 23. sect. 1. molliendum est, itavt nequaquam significetur B. Virginem fuisse vel ex minima parte, mundi redemptricem: quod certum est admitti non posse, & egregiè à D. Ambro. refellitur, ad illud Lucæ 23. *stabant autem mulieres à longè hac videntes, & totidem verbis Epistola 82. in fine.* [Vt matrem Christi decebat, (inquit) fugientibus Apostolis ante crucem stabat, & piis spectabat oculis Filij vulnera, quia expectabat non pignoris mortem, sed mundi salutem. Aut fortasse quia cognouerat per Filij mortem mundi redemptionem aula regalis, etiam sua morte putabat se aliquid publico addituram muneris. Sed Iesus non egebat adiutore ad redemptionem omnium, qui omnes sine adiutorio seruauit. Vnde & dicit; *Factus sum, sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.* Suscepit quidem affectum parentis, sed non quaesivit alterius auxilium.] Idem egregiè tradit Arnoldus Abbas, in laudatione Deiparæ *sub finem.*

1168 Illarum ergo quas retuli locutionum, alia quartæ interpretatio debet: Ita scilicet ut sensus sit, B. Virginem ad opus redemptionis nostræ contulisse, primum edendo Christum; quod fuit suppeditare orbi pretium quo liberari & redimi posset; iuxta illud S. Bernardi serm. in illud *signum magnum.* [Redempturus humanum genus, pretium vniuersum contulit in Mariam.] Petrus Damia. serm. 2. de Natiuit. Virg. hoc sensu valde commendat, ut attendamus quantas gratias agere Deiparæ teneamur, secundum Deum pro redemptione nostra. Dein de cooperata ad redemptionem est, promptis-

sima voluntate filium suum offerendo Patri, ad mortem pro humano genere; ita ut cum esset conscia diuini decreti, de salute hominum alligata morti Christi, non modò non refugerit atrocem filij innocentissimi excarnificationem, sed conformans se diuinæ voluntati, quantum in se erat, filium obtulerit; quodque ex Anselmo refertur, ipsa suis eum manibus crucifigere si opus fuisset parata fuerit, quod egregiè docuit Arnoldus Bonæ Vallis, Tract. de laudibus B. Mariæ, cum ait. [Sanctam Virginem consentiendo voluntati diuinæ, & Christi qui se in redemptionem pro nobis dabat, commune cum Christo holocaustum obtulisse communem in mundi salutem cum illo effectum obtinuisse.] Additque & planè eleganter prosequitur Tract. in illud Christi verbum, *Mulier ecce filius tuus.* Deiparam cruci astantem, sècque spiritaliter mactantem Deo in ara pectoris sui, & flammis charitatis succendentem, celebrasse cum filio sacrificium vespertinum, & cum Domini lesu corporali morte, redemptionis nostræ consummationem mysticum. Ex D. Bonauentura, Gerson, & aliis, copiosè hoc illustrat Salazarus in cap. 8. Prouerb. ad vers. 19. à num. 201. ubi multos præterea Patres refert, in eundem sensum accipiendos, qui dixerunt B. Virginem esse salutis nostræ causam, quod habet S. Irenæus lib. 3. contra Hæres. cap. 38. & Augustinus serm. 35. de Sanctis. Fulgentius serm. de laudibus B. Mariæ, Petrus Damiani serm. 1. de Annunc. S. Anselmus de Excell. Virg. cap. 9. Richardus Victor suo cap. 26. in Cant. Vel esse humani generis reparatricem, quo pacto loquitur S. Anselmus Tract. citato cap. 9. & 11. Vel esse mediatricem, quod habet S. Bernardus serm. 2. de Assumpt. & alij adducti supra cum de mediatore. Vel esse omnium salutem, vniuersi terrarum orbis conciliatricem, redemptionem captiuorum; Verba sunt sancti Ephrem, orat. ad Deiparam.

Est qui ridiculè eodem trahat & eodem modo accipiendum putet, illud Christi verbum ad matrem. *Quid mihi, & tibi, est mulier?* Hoc enim sensu illud exponit. [Quid mihi & tibi, in reparanda hominum salute non commune, o mulier? Quasi admirantis, & ad voluntatem tante matris, sponte inclinantis; imò se deditis & offerentis Dei hominis, exprimat affectum: qui proinde facere iure non possit, quin ea petente, ac vel saltem indicante, tardas horarum moras precoci obsequio flecteret ad vltimū miraculi. Quidni enim in carne exsistens matris conueneret charitati, qui in cœlis regnans, ad vocem serui, diem extendit, Solis cursu in medio cœli refrenato?] Ita habetur libro cui titulus est, *vindicata veritas Epistola Deiparæ ad Messianem* cap. 2. in fine. Verum hæc verborum Christi interpretatio adeò insulsa est, & tantopere à contextu Evangelico, omniumque Patrum & Interpretum expositionibus auerta, ut somnium potius videatur, quàm interpretatio. Itaque non est quod de illis Christi verbis, quasi ferentibus mortaliū redemptionem per Deiparam, sumus solliciti: præcisèque insiciendum est, spectata proprietate sermonis, alium nobis esse redemptorem, quàm Christum Dominum, ac ne Deiparam quidem.

*Non sancti reliqui, ac ne Martyres
quidem.*

1169 Quod si Deipara, non nisi admodum extensa voce redimit nos, id est per Filium quem edidit, & cuius redemptionem ratam habuit, ac Deo obtulit, quod non est reuera redimere; multo magis sancti reliqui negandi sunt nos redemisse, iuxta illud, *frater non redimit etiam partialiter aut imperfecte quod videtur censuisse Autor operis imperfecti in Matth. hom. 4. ad illud, tauri mei & altilia mea occisa sunt.* Sic enim scribit. [Qui sunt tauri, & saginata occisa? Prophetæ qui occisi sunt pro salute populi, quemadmodum docet nos Apostolus dicens; *Ego autem impendat & superimpendat pro animabus vestris.* Item alibi; *Ego enim iam delibor.* Hominis libatio, alicui pro aliquo offertur. Deo ergo immolatus fuerat Paulus, pro populo quem docebat. Sic & Prophetæ occisi sunt, unusquisque pro salute populi quem docebat. Et quoniam mors Prophetarum, sustentabat quidem ex parte salutem humanam, non tamen plenè saluare poterat totum mundum: idè novissime immolatus est agnus, qui totius mundi reatum innocentia sua detergeret. Propterea & in diebus scenopegiæ, quæ interpretatur *fixio tabernaculi*, diuinitatis hostiæ occidebantur in figura sanctorum, novissime autem occidebatur & agnus. Si ergo agnum illic occisum, intelligimus figuram Christi, consequenter & ceteras hostias, intelligimus præcedentium sanctorum occisiones. Sed & Christus de figurata sanctorum suorum immolatione, dicebat; *Holocausita medullata, offeram tibi cum incenso & arietibus, offeram tibi boues cum hircis.* Nec enim Christus aliquando huiusmodi animalia obtulit Patri. Obtulit autem rationabiles arietes, id est principes omnium Christianorum. Obtulit boues, rationabilem terram colentes. Obtulit etiam hircos ex Gentibus, qui pro nomine Christi sunt passi. Hæc autem diximus, ut ostendamus, tauris & saginata occisa, intelligi debere sanctos occisos. Omnes ergo Prophetæ & Christus, idè occisi sunt, ut hoc spirituale tabernaculum firmiter figeretur. Videri potest expressisse Origenem homil. 24. in Numer. quem inferius commodè ex ipso met Origene exponam. At hic Autor quem constat crassis scate erroribus, vix habet quod commodè interpretationi aniam præbeat, videturque agnoscere, Christum habuisse aliquos redimendo humano generi adiutores. Hoc omnino est repudiandum. Nemo enim præter Christum, quicquam contulit ad redemptionem nostram.

De Martyribus, de quibus maior posset esse suspicio, quia Christo maxime configurantur, & commoriantur, ita disertè tradunt plurimi Patres, quos profert Espencæus l. de Mediatore cap. 13. & 14. & digress. 4. in 2. Timo 2. ad illud, *omnia propter electos suscipe, ut salutem consequantur.* Nos item aliqua in eam rem protulimus in Opere de Martyrio p. 4. cap. 2. à num. 14. monstrantes totum propè fructum qui è Martyrum morte in alios redundat, contineri bono exemplo; mori autem pro aliis redimendis, singulare Christo fuisse: quibus nunc aliquos addo. Tertullianus l. de pudic. cap. vltimo. [Suf-

Theoph. Raynaudi de Attrib. Christi.

ficiat martyri propria delicta purgasse. Ingrati vel superbi est, in alios quoque spargere, quod pro magno fuerit consecutus. Quis alienam mortem, sua soluit, nisi solus Dei filius? Nam & in ipsa passione liberauit latronem; Ad hoc enim venerat, ut ipse à delicto purus, & per omnia sanctus pro peccatoribus obdiceret. Proinde qui illum amularis donando delicta, si nil ipse deliquisti, planè patere pro me. Si verò peccator es, quomodò oleum facule tuæ, sufficere & tibi & mihi poterit?

1170 Scitè S. Hilarius can. 14. in Matth. sub finem, ubi exponens porrectum Petro à Christo manum, sic ait. [Quod autem trepidanti illi, non virtutem perueniendi ad se Dominus indulsit, sed manum extendit, apprehensumque sustinuit, hæc ratio est. Non erat quidem Petrus, Domini sui indignus accessu, nam & tentavit accedere: sed & typicus in eo ordo seruatus est. Non enim Domino, seculi motus tempestatesque calcanti, quisquam passionis esse particeps poterat: Solus enim passurus pro omnibus omnium peccata soluebat: nec socium admittit, quidquid vniuersitati præstatur ab vno. Ita cum esset ipse redemptio vniuersorum, erat etiam Petrus ante redimendus, ad redemptionis istius fidem, cum in Christi Martyrem referuatur.]

S. Hieronymus Epistola 146. tractans illud, *nunquam dedisti mihi hædum.* [Tantus (inquit) Israel sanguis effusus est, tot hominum caesa sunt millia: & nullus eorum nostræ exitit salutis redemptor. Ipse Iosias, qui placuit in conspectu tuo, & nuper Malchabæi, qui pro tua hereditate pugnant, contra fas sanctitatis, hostium gladiis interempti sunt, & nullius cruor nobis reddidit libertatem. Ecce adhuc Romano imperio subiaceamus; non Propheta, non Sacerdos, non iustus quisquam, immolatus est pro nobis. Et pro luxurioso filio, id est pro gentibus, pro peccatoribus, totius creaturæ gloriolus sanguis effusus est.]

Idem Hieronymus Isaia 63. ad illud, *torcular calcavi solus*, & totidem verbis in cap. 1. Threnorum, ad illud, *torcular calcavit Dominus*, sic in hanc rem scribit. [Hoc torcular, in quo & malis supplicia, & bonis præmia à Domino Salvatore calcantur. Quod solus ipse calcavit, nullumque habuit adiutorem. Neque enim Angeli, Throni, Dominationes, aut vlla cælestium potestatum, humanam corpus assumpsit, & pro nobis passa est, & calcavit aduersarias potestates atque contriuit, sed ille solus qui loquitur in Psalmo; *saluam me fac Domine quoniam defecisti sanctus*, in tantum quod etiam confidentissimus, & in fide firmissimus Apostolus Petrus, timore pertretitus fugeret, imò Dominum negaret.]

Egregiè S. Leo serm. 12. de pass. cap. 3. [Quod vnquam sacrificium sacratius fuit, quam quod verus Pontifex altari Crucis per immolationem suæ carnis imposuit; Quamvis enim in conspectu Domini multorum sanctorum pretiosa mors fuerit, nullius tamen infontis occisio, propitiatio fuit mundi. Acceperunt iusti, non dederunt coronas, & de fidelium fortitudine, exempla nata sunt patientiæ, non dona iustitiæ. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo funere soluit, cum inter filios hominum solus Dominus

K K K K 2 nōlet

noſter Ieſus extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes etiam ſepulti, omnes etiam ſuſcitati. De quibus ipſe dicebat, *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum.* Fides enim vera iuſtificat impios & creans iuſtos, ad naturæ ſuæ tracta participem, in illo acquirit ſalutem, in quo ſe inuenit innocentem. Eadem verbatim iterat epiſt. 3. & epiſt. 97. c. 2.

S. Bernardus ſerm. 3. de ramis Palm. Chriſtum ait ſingulariter fuiſſe donec tranſiret. [Ea nimium hoſtia, ſicut ſola prodeſſe potuit, ſic ſola ſufficit: nec Chriſtum decuit, ſimul & Petrum, aut Iacobum, vel Ioannem pro ſalute hominum pati. Crucifixi tamen fuerunt cum eo alij duo, ſed duo nequam: de quibus nulla proſus ſu pi. io poſſet haberi, tanquam ex eis, minus efficaciſſimum ſacrificium ſuppleretur.] Et ſerm. 13. in Cant. demonſtrans gloriam debere Chriſto, nobis pacem debere ſufficere, cum varios ſanctos gloriam abuiſſe præmiſiſſet, ſubdit. [Quid minus ab his omnibus conditor omnium fecit, quo minus & ipſe debeat gloriari ſingulariter? Solus cuncta creauit, ſolus de hoſte triumphauit, ſolus captiuos liberauit, & focium habebit in gloria? Et brachium, inquit, meum, auxilium eſt mihi. Item: Torcular calcui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum. Quid mihi ergo cum victoria, ſi nec in prælio fui? Impudentiſſimè mihi arrogo, vel gloriam abſque victoria, vel victoriam ſine pugna. Sed ſuſcipite montes pacem populo, pacem ſuſcipite nobis, non gloriam, ipſi ſolam ſeruant, qui ſolus & pugnauit, & vicit. Ita quaſi ita ſit. Gloria Deo in exceſſis, & in terra pax hominibus bona voluntatis.] Pol. hinc item in rem noſtram ſerm. ad Milites Templi c. 11.

Molliti quidam Patres.

1171. Hac ex innumeris protuliſſe ſufficiat, ad confirmandum ſolius Chriſti fuiſſe, redimere nos: nec vilius Sancti, etiamſi Apoſtoli, aut Martyriſſe, ad redemptionem hominum per modum redemptoris quicquam conferre. Itaque late accipiendum & molliendum eſt quod Petrus Damiani ſerm. 3. de S. Ioanne, vocat S. Baptiſtam [Gigantis ad nos redimendos egreſſi, conuiatorem, & electum participem, ac collaboratorem redemptionis humanæ.] Item quod S. Macharius homil. 28. vocat Apoſtolos, [redemptores orbis.] Non enim Apoſtoli propriè fuere orbis redemptores, ac ne ex parte quidem. Idque noluit Apoſtolus Coloss. 1. ſignificare, cum profeſſus eſt, ſe adimplere in carne ſua, quæ deſtant paſſionum Chriſti, pro eius corpore, quod eſt Eccleſia. Nam hic locus, nullo modo ita accipiendus eſt, quaſi paſſio Domini non ſatis ad redemptionem fuerit; & neceſſe habuerit compleri per paſſiones Sanctorum: quem eſſe reprobum & hæreticum ſenſum, verborum illorum ſuperficiè ab incautis appingendum, monet ibi D. Thomas lect. 6. Is igitur locus, interprete D. Auguſtino Tract. 108. in Ioan. non eſt referendus ad paſſiones Chriſti perſonales & proprias, quaſi eas Paulus ſuppleuerit; ſed ad paſſiones ipſiusmet Pauli pro Eccleſia iuuanda & erudienda; quæ Chriſti ipſius paſſiones dicuntur quia ad Chriſti negotia pertinebant, & pro eius cauſa excipiebantur: vel quia à Paulo, virtute Chriſti, atque aded compariēte quadantenus Chriſto, excipiebantur. Suffia-

gati planè videtur S. Chryſoſt. hom. in illud tunc & ipſe filius ſubieciur eiſum enim multis monitrallet quæ de Eccleſia vi corpore dicuntur ad Chriſtum tranſferri, libet. [Paulus ergo ille à Chriſto edoctus, quod perfectio Eccleſiæ in Chriſtum vergeret, cognouit: & quod conſentaneum, quod quicquid patitur Eccleſia, in Chriſtum quodammodo referretur. Quare & ipſe Regis ſui verborum veſtigia ſequens, in vna Epiſtolarum dicit, impleo quæ deſuerunt afflictiōibus Chriſti. Et nunc & iterum affligitur Chriſtus, etiamſi in cæloſ redijt. At vide quid præterea dicat. Suppleo quæ deſuerunt afflictiōibus Chriſti in carne mea, pro corpore iſui, quod eſt Eccleſia. Vides, vt ipſius faciat quæcumque ſunt Eccleſiæ, ſue paſſiones, ſue honores. Veneratus eſt Eccleſiam, veneratus eſt Chriſtum. Infectatus eſt Eccleſiam, tamen non opere, propoſito tamen Chriſtū infectatus eſt. Cogiſta quantum periculum eorum qui Eccleſiam maiore afficiunt; quanta corona eorum qui Eccleſiam venerantur.] Iuxta has prædictorum Patrum expoſitiones, locus Apoſtoli quem verſamus, non fert ſenſum illum reprobum quem excluſimus.

Quæ ibi S. Thomas, de paritoria, vel prope apud creditum Anſelmum ibidem legitur paritoria, aut vt habet S. Auguſtinus in Palm. 61. ad verſ. tertium paritoria meritorum, non plena ante mundi exitum, quaſi voluerit Apoſtola, ſe æquæ ac SS. reliquos, in communem illum meritorum ciſtim, portionem ſuam conſtrere patiendi, minus coherere cum contextu, quo affirmatur paſſiones Chriſti quas in ſuo corpore adimplebat Apoſtolus, fuiſſe pro Eccleſia. At nemo alteri meretur gratiam purus homo. Igitur Apoſtolus non adimplebat merita, ſed paſſiones ſuas pro Eccleſia, cuius eruditioni proficiebant.

Opponi præterea aduerſus conſtitutum veritatem poſſet, autoritas Origenis, qui homil. 10. in Numeros, verba illa ad Aaronem. Tu & filij tui, & domus patris tui tecum, ſumeris peccata Sanctorum, ad Chriſtum Pontificem, ac Apoſtolos, & Martyres aptat; docens Apoſtolos, & Martyres, pro fide iugulatos fuiſſe, hoſtias ad tollenda populi peccata, atque aded ad redimendum mundum cum Chriſto. Verum ibi Origenes, ſatis aperte ſignificat, ſanctos omnes præter Chriſtum, peccata populi ſuſtulſſe ſupplicando tantum; diſcretiſſimè verò & ſuſtiſſimè homil. 24. in eundem librum idem argumentum verſans, tradit ſacrificia Martyrum ad tollenda peccata mundi, & redemptionem eorum adimplendam, non niſi impertando conferre. Limbum duntaxat repræſento quo varias hoſtias variis Sanctis, agnum verò qui poſtremus immolabatur, Chriſto accommodans, ſic concludit. [Intuete igitur totius mundi, ideſt celeſtium ac terreſtrium & infernorum purificationem: vide quantis indigeant iſta omnia hoſtiis, quantos requirant vitulos, quantos arietes, quantos hircos. Sed & in omnibus vnus eſt agnus, qui totius mundi potuit auferre peccatum, & ideò ceſſauerunt cæteræ hoſtiæ: quia talis hæc fuit hoſtia, vt vna ſola ſufficeret totius mundi ſalute. Cæteri enim præcibus peccata, hic ſolus poteſtate dimiſit. Dicebat enim; Fili remiſſa ſunt tibi peccata tua. Sic ergo imbutur mundus, primò per diuerſas hoſtias re-

missionem quætere peccatorum, donec veniat ad hostiam perfectam, ad hostiam consummatam, agnum anniculum, perfectum, qui tollat peccata totius mundi, per quem festiuitates agat spirituales. En quam apertè mollit, quod duriusculè priore loco dixisse videbatur de morte Sanctorum, coniuncta morti Christi pro nobis. Fortassis autem eadem ratione mollite benignè licebit locum prolatum ex autore imperfecti qui apertè profecit ex Origene. Quanquam cum opus illud sit factum pinguibus aduersus fidem erroribus, non est multum hac in parte, de eius interpretatione laborandum.

Insulsius blasphemum, de alio prater Christum redemptore, exhibita.

1172. Agrè adducor, vt vel memoriatam velim blasphemam fatuitatem quorundam Beratarum in hoc genere. Fuisse enim quæ sibi arrogarent redemptionem saltem partialem humani generis, proditum est. Scribit Gerſo Tom. 1. Tract. de Examinat. doct. p. 2. post Considerationem sextam, Burgi apud Sebastianos, suo tempore, mulierculam oneratam peccatis, sub pallio deuotionis, & extaseon deprehensam, celare epilepsiam qua laborabat, finxisse vnam se esse de quinque feminabus, missis à Deo ad redimendas ab inferni pœnis innumeras animas. Imposuisse verò illà pletisque in ea ora mulieribus, annotat Gerſo, qui aderat: additque inspectione frontis, innotuisse ei quæ quisque peccasset, & duas in pede carbones habuisse, quibus vexaretur quoties anima aliqua ad infernum descenderent. Ternas quotidie animas ab inferno se liberaſſe iactabat; vnam & alteram absque difficultate; tertiam vel eo plures ægrius.

Hæc blasphemum redemptio huius deliræ redemptricis, eò videbatur magnificentior, quò non viciotibus quales Christus redemit, sed iam iudicium passis, & damnatis, impendebatur. Afſini fatuitate Ioannam suam (vt vocabat,) matrem, Gulielmum Postellus, vt multorum sermonibus & nonnullorum scriptis est proditum, venditabat missam à Deo redemptricem mulierum, sicut Christus sexum masculinum redemerat. Heo quò humana ingenia miserè defleſcunt, cum veram fidei Cynosuram abiciunt. Talia vel memorasse, confutasse est.

Tituli Christi, penes hanc primam liberationem synonymi, Redemptori.

1173. Quæcunque hæcenus de Christo redẽptore in hac prima notione protulimus, æquè dicenda sunt de aliis, solo nomine discrepantibus titulis, quæ ei in scripturis ob ereptum à peccati & Satanæ captiuitate populum tribuuntur, tametsi differunt à nomine redemptoris, quod hic propriè sonet liberationem exhibito pretio, à quo abstrahunt reliqui, vt rectè prosequitur Driedo, Tract. 2. de captiuit. cap. 1. *sub finem*: cuiusmodi sunt titulus liberatoris ab inimicis iracundis, Seruatoris, Saluatoris qui est vulgatissimus Christi inter Christianos titulus, à saluatione ex hac calamitosissima captiuitate petitus. Angeli sanè Lucæ 2. annunciarunt, na Saluatorem, & vt Ioann. 4. erectè dicitur, *verè Saluatorem mundi*. Et dilectus discipulus 1. Epi-

stole c. 4. ait, *nos vidimus, & testamur quoniam pater misit filium suum Saluatorem mundi*. Innumera eiusmodi pete ex Iosepho à Costa l. 5. de Christo reuelato. cap. 1. Quod autem circa redemptoris nomen notabamus, nempe adhiberi quoque interdum nomẽ abstractum redemptoris ad Christum designandum, æquè locum habet in re præſenti. Nā Ioëlis 2. Christus dicitur *saluatio*. Verba Prophetæ sunt. *In monte Sion, & in Hierusalem erit saluatio, sicut dicit Dominus*. Et Abdiaz versu 17. *In monte Sion erit saluatio, & erit Sanctus*. Isaia 46. *Salus mea non morabitur*. Et, *dabo in Sion salutem, & in Ierusalem gloriam meam*. Et c. 49. *dedit te in lucem gentium, vt sis salus mea usque ad extremum terræ*. Eodem reuoluitur, quod Christus dicitur *salutare* iuxta illud Gen. 49. *salutare tuum expectabo Domine*. Et Isaia 52. *notum fecit Dominus salutare suum*. Et Luca 2. *viderunt oculi mei salutare tuum*. S. Aug. 17. Ciuit. cap. 4. tractans illud Anna, *latata sum in saluari suo*, ait de hoc saluari. [Christus est ipse Iesus, quem Simeon, sicut in Euangelio legitur, senex amplectens paruulum, agnoscens magnum; Nunc dimittis, (inquit) Domine seruum tuum in pace, quoniam viderunt oculi mei salutare tuum. Dicit itaque Ecclesia: Latata sum in saluari tuo, quoniam non est sanctus sicut Dominus, & non est iustus, sicut Deus noster, tanquam sanctus & sanctificans, & iustus & iustificans: Non est sanctus prater te, quia nemo fit nisi ab te.] Hæc est ratio, cur cum censet dictum; *salutare Dei*. Quem alij *saluatorem*, vel *salutare* nominant. Tertullianus l. de carne Christi c. 14. solita horriditate loquendi, appellat *salutificatorem*. Græci *Soterem* vel *σωτήρα* vocant, quod Tullius 2. in Verrem, ait ita magnum esse, vt Latino vno verbo exprimi non possit. Eamque fuisse Milicho causam augendi nomen, quo Tullius in oratione pro Plancio, seruatores se Reipub. dixerat, nomenque *conseruatoris* sibi imponendi, scribit Tacitus annali 15.

Trica, circa Seruatoris vocabulum.

1174. Hinc factum, vt tricentur nonnulli, rectène vox *Soteris*, reddatur per nomen *seruatoris*, quod Beza Nouator in sua Noui Testamenti euerſione, (non enim versione,) vsurpare solet, & quidam latinitatis aucupes idem faciunt. In quam rem, multa disſerit Scholiaſtes Baſilij Seleucia ad orationem primam de Iona, contendens *seruatorem* longè aliud esse à Sotere, quem *ſoſpiciatorem* vna latina voce quæ Tullium fugerat, dicendum tradit, non item Christum *seruatorem* nominari posse; cum is sit *seruator*, qui quem occidere in bello potuit, ſeruat, in ſeruitutem abducens, vt habetur §. *ſerui* inſtit. de iure personarum. Et apud S. Augustinum l. 19. Ciuit. cap. 15. At Christus non potuit nos in bello occidere, nec ſeruauit abducens in ſeruitutem; quin potius proſeſſus est, se ſuos, amicorum non ſeruorum habere loco. Quid quod Dæmones non ſaluauit Christus, & tamen ſeruauit? vnde ſeruator eorum dici poteſt. Nemo tamen ſaluatorem Dæmonum, auſit dicere. Hæc lis cum ſit merè de vocabulis, negligi facile poteſt. Et quanquam Christum dicere *ſaluatorem*, frequentissimum est, & Laſtantio homini latinissimo familiare; & ita appellandum ex Græ-

KKKK 3 co

eo, seruis tribuit vt dicantur, sit ipse Saluator, Apostolos suos mundi esse voluit Saluatores: qui ascendere speculā montis Ecclesiae, & depouentes superbiam Iudaicam, vniuersorumque montium qui aduersum scientiam Dei erigebantur, regnum Domino parauerunt. Non dissimiliter S. Paulinus epistola. 4. [Christus honori suo implicans suos, propē omnia nobis nomina sua communicauit. Vt virtus Dei dicitur, ita & nobis, virtus esse dignatur. *Deus enim nostrum refugium & virtus.* Hereditas, vt illi nos, & ille nobis. Nam sicut habes in Moyse, *facta est Dei portio populus eius Iacob*, ita & in Psalmis habes; *Portio mea Dominus*. Et sicut ipse de se ait; *Ego sum lux huius mundi*, ita & ad suos dixit; *Vos estis lux huius mundi*. *Ego sum*, (inquit,) *panis viuus*; & nos, *omnes vnus panis sumus*, *Ego sum vitis vera*, & tibi dicit: *Plantati in te vitem fructuosam, vitem veram: Mons Dei Christus, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo*, & sancti eius montes Dei, montes vberes, de quibus nos *inluminat mirabilis à montibus eternis*. Petra est Christus, bibebant enim de spiritali sequente eos petra, petra autem erat Christus; Etiam discipulo suo huius vocabuli gratiam non negauit: *Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & porte inferi non praeualebunt aduersus eam*. Sed quid miramur eum famulis suis indolis se sua nomina, quibus & partem suam participat & regnum?]

1177 Vides quare haec aliqualis communicatio Apostolis facta, nominis ceteroqui in rigore incommunicabilis purae creaturae, nihil iuribus Christi derogeret. Sicut enim homines per aliquam imperfectam analogiam dicuntur *Dij*, quod tem ad viuum refecando, est solius Dei proprium: ita per aliquam proportionem ad Christi proprium munus, qui animabus de Satae tytannide eripendis Christo cooperantur, eiusque in tam glorioso ministerio sunt adiutores, (nam & Sacerdotes, coadiutores redemptoris vocat Blefensis serm. 47.) merito vtunque participant nomen Christo proprium, dicunturque saluatores: sed, non in ea proprietate, quae est Christi solius. Diserte id tradit S. Augustinus q. 18. in Iudices. Legendus qui id facilius versat Adamus Sasbout homil. 1. de Circuncisione Christi, & Serarius in c. 3. Iudicum q. 4. & in c. 2. Iosue q. 19. num. 5.

Ex his habetur, quo sensu Philotheus Patriarcha Constantinop. sub finem laudationis trium Patrum, nempe Basilij, Nazianzeni, atque Chrysostomi, vocet eos *Seruatores secundum Deum*. Et inferius addat, eos fuisse *Seruatores post primum Seruatorem*. Affine est, quod in Menæis 30. Septemb. de S. Chrysostomo dicitur, [nisi fuisset Chrysostomus, nouam necessitatem adacturam fuisse Christum, ad terras secundo aduentu reuifendas, vt orbem terrae reuiuageret, & iudicaret.] Id enim planè videtur esse idem, quod cum denominare Saluatorem.

Haecenus de Saluatoris
in nos officio.

* *

Vfus doctrinae de redemptione à Satana, & peccato per Christum.

1178 Probrosissimum verò & nunquam expiabile crimen fuerit, liberationem à redemptore optimo factam, contemnere ingratisimè, & vltro se denudè importabili captiuitate opprimere, hosti, & tyranno immanissimo, Satae inquam & peccato, pro beneuolentissimo Domino, se subiiciendo. [Graui damnatione (verba sunt Eucherij hom. 3. de Pasch.) iterantur crimina post quam Christi sanguine sunt redempta; Inexculabile malum est, post mortem redemptoris Domini, seruum peccatis hominem, se subdere. Origenes illustrissimè hom. 9. in Genesim in fine. [Christus ad quem dixerat Pater, *Pete à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae*: depellens ipsos Angelos potestate & dominatione quam habebant in nationibus; prouocauit eos ad iracundiam. Et ideò dicit, quia asteterunt Reges & Principes conuenerunt in vnum, aduersum Dominum, & aduersum Christum eius. Et ideò aduersantur etiam nobis, atque agones contra nos & certamina concitant. Hinc & Apostolus Christi; *Luctamen est*, (inquit,) *nobis non aduersum carnem & sanguinem, sed aduersum principatus & potestates, & mundi huius rectores*. Propterea ergo vigilandum nobis est, & sollicitè agendum, quia aduersarius noster, sicut leo rugiens circuit quaerens quem transuoret: Cui nisi resisterimus fortes in fide, rursum nos in captiuitatem reuocabit. Quod si nobis eueniat, ingratum faciemus opus eius, qui cruci suae affixit principatus & potestates, cum fiducia triumphans eos in semetipsum; & qui venit captiuos dimittere in remissionem. Quin potius fidem Christi sequentes, qui triumphauit eos, distumpamus vincula eorum, quibus nos deuinxerunt potestati suae. Vincula verò quibus nos constringunt, passiones, & vitia nostra sunt, quibus tamdiu innectimur, donec carnem nostram crucifigamus cum vitiis & concupiscentiis; & ita demum distumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum.]

Quem item pietatis & affectus incensissimè sensum, excitare in nobis debeat erga Christum, redemptio tanto suo incommodo nobis praestita, expendit egregiè præter ceteros, S. Cyrillus l. 4. in Esaia circa illud ex c. 49. iuxta 70. *sanctificate despicientem animam suam*. Quia tamen eum locum, breuius & eodem modo petstrinxit l. 5. pentab. c. 5. inde eum produco, ita scribentem. [Sic dicit Dominus sanctificate despicientem animam suam, execratum à gentibus, seruis, Principibus, Reges videbunt eum, & consurgent: Principes & adorabunt eum. Confitemini, inquit, sanctum esse illum, vt pote Deum: illum qui suam animam despicit, hoc est qui suam animam contemnit: nam illam pro ouibus posuit, vt pastor bonus: quem execratae quidem sunt Gentes: & serui, & ministri alapis dehonestarunt, cum Phariseorum turba illi impiè insultaret: hunc videbunt Reges, & consurgēt, hunc adorabunt Principes tanquam Deum scilicet qui ad exinanitionem se deiecerit, vt passus carne seruaret orbem terrarum.

Haec

Hac sanè ratione, Christus humanum sibi genus vniuersum captiuauit, exemptum terribili captiuitate. Quod pulcherrimè exponit, si-bique contingere reipsa apprecatur Origenes hom. 18. in Num. tractans illud de Christo præ-nunciatum; *Et vastabit principes Moab.* In quem locum sic scribit. [Moab quidem gens est, cuius principes non alios esse, quàm spiri-tales nequitias, & principatus illos aduersum quos nobis luctamen est, intelligimus. Hos ergo iste homo ex Israël vastauit, cum exiit principatus & potestates, affigens illos cruci suæ. Neque enim poterat saluare Moabitas, & ad Dei agnitionem perducere, nisi principes illos qui in eis dominationem impietatis tene-rant deuastasset. *Et depradabitur omnes filios Seth.* Seth filius est Adam, de quo Eva dixit cum natus esset; *suscipiam enim mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.* Iste est ergo Seth, ex quo omne humanum in hoc mundo ducitur genus. Nam de Cain qui nati fuerant, diluio perierunt. Filij ergo sunt Seth, omnes qui in hoc mundo sunt. Et cum dicitur, *depradabitur omnes filios Seth*, prædam sic accipe, sicut in superioribus interpretati sumus: ubi scriptum est, *edes gentes inimicorum suorum*: & ubi catulo leonis, & leoni comparatur. Et hic ergo in prædam accipit omnes filios Seth. Vi-cis aduersariis Dæmonibus, eos qui sub ipso-rum dominatione tenebantur, Christus quasi prædam victoriæ suæ ducit, & spolia salutis re-portat; sicut & in alijs de eo scriptum est, quia *ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem.* Captiuitatem scilicet illam humani generis, quam Diabolus ad perditionem cepetat, iste rursus captiuam duxit, & à morte reuocauit ad vitam. Vinam ergo me, & captiuam habeat semper Christus Iesus, & me ducat in prædam suam, & ego teneat eius vinculi alligatus; & vt ego dixi merear vinculus Iesu Christi, sicut Pau-lus de semetipso gloriatur.]

S. Athanasius Orat. in 5. Feriam, aequè agnos-cit, Christum pro nobis venditum, dominium omnium nostrum, esse adeptum. Nec aliter S. Ambrosius lib. 1. de Iacob cap. 3. id eruens ex Apostolo 1. Cor. 7. liberos Christianos, nomi-nante Christi seruos: eos autem qui iugo serui-tutis premebantur, vocante *Christi libertos*. Alios allegabo in calce capitis.

*Liberatio à timore mortis, appendix
primariæ redemptionis hæte-nus expositæ.*

1179 Primam eamque terribilissimam capti-uitatem ac seruitutem humani generis, quomo-dò dissoluerit Christus, nosque ab ea liberaue-rit & redemerit, monstratum hætenus videtur sufficenter; vnâque expediuius liberationem à timore mortis, quam liberationem per Chri-stum collatam, Hebr. 2. docet Apostolus, iuxta simpliciorum literæ sensum cui aliâ mox subne-ctam. Incredibile sanè est, quàm hæc liberatio, sit Christo honorifica. Retuli iam supra tra-ctans Regem pacis, S. Bernardum de morte Ge-rardi fratris sui disserentem, in hoc argumento splendide esse versatum. Attigi etiam alios qui-bus addi potest Theodoretus lib. 8. contra Græ-cos, tractans alacritatem Martyrum in morte pro Christo excipienda.

Liberauit nos Christus à mortis metu, eo ip-so quod à peccato nos liberauit. Extirpato enim peccato, & contritis eius viribus quibus cæli aditus ocluderetur, mortis quoque metus sa-moriamur. Nam quia peccatum erat nature quasi concretum, per carnis euersionem, pecca-tum extirpatum esse sanxit Deus. In quam rem pereleganter S. Epiphanius Hæresi 64. num. 25. [Vt è magnificorum temporum structura caprificus enascens, atque in maximam ampli-tudinem adolefcens, & multiplicibus radicibus brachijs per omnes lapidum diffusa compages, non prius excrefcere desinit quàm discissis ex eo, vnde prodierit, loco lapidibus, tota petrus labefactata concidat. Tū enim, sublata caprifico, suis locis restitui, rediuiui lapides possunt: Vt & templum ipsum incolume seruetur, cum mu-lum amplius ex iis quibus euerteretur, incom-modis habeat: caprificus verò ab imis radicibus euulsa moriatur. Ad eum planè modum, attulit ille Deus, templum suum hominem, qui pecca-tum, caprifici cuiusdam instar, produxerat, dis-soluit; eumque mortis ad tempus impressione atque impetu, opprimi passus est primum, vt scriptum est: dehinc ad vitam excitauit, vt ille-dem prædita partibus caro, exsiccatæ immortæ-quæ peccato, velut templum quoddam instaura-tum, immortalis, ac siue vilo damno relingeret, sublato à fundamentis profligatæque peccato. Etenim quandiu corpus viuit, nec adhuc mor-tuum est, cum eo viuere peccatum necesse est, & occultas in nobis ipsis radices agere, quantum-vis quibusdam velut castigationum reprehen-sionumque putationibus coëreatur.]

De hac ergo liberatione, non fuit quod plenius ageremus quia successa eius radice, quæ est peccatum, exarescere quoque hunc eius fru-cticem, necesse fuit. Addendus duntaxat in hæc meta est, affectus conuenientissimus, quem ex hac prima liberatione eruit Chrylogus serm. 6. tractans illud Psalmi 99. *seruite Domino in leti-tia*, sic enim habet. [Erat homo peccati seruus, erat captiuus mortis, erat mancipium Dæmo-num, erat idolum vernula, erat vitiatorum ver-bero, erat criminum compeditus. Sic malis Do-minis talibus, tantisque exhibebat homo malum & miserrima seruitutem. Quando homo non sub peccato tristis? Quando non sub morte lugens? Quando non sub Dæmonibus pallens? Quan-do non sub idolis tremens? Quando non sub viriis suspectus? Quando non sub criminibus desperatus? Et ideo homo dabat extrema sus-piria, quando tales, tam crudeles Dominos su-slinebat. Propheta ergo videns nos à talibus li-beratos, & reuocatos ad obsequium creatoris, ad Patris gratiam, ad vnus boni Domini libe-ram seruitutem, merito exclamatur, *Seruite Domi-no in letitia.*]

Alteræ per Christum redemptio, à male-dicto legu.

1180 Superfunt breuiter attingendæ ser-uitutes duæ posteriores, ac primum seruitus & captiuitas sub lege Mosaica. Apostolus enim ad Galat. 4. perspicue docet, testamentum datum in Sinai, generasse in seruitutem; superiusque tra-ctando fraternitatem nostram cum Christo, siue filiationem adoptiuam, monstratum est; Iudeos

vi legis Moſaicae, non fuiſſe Dei filios ſed ſeruos. Idcirco Apoſtolus aiebat *ſtate & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri*. Apoſtolorum Princeps Actorum 15, iugum huius captiuitatis ac ſeruitutis, importabile fuiſſe aſſeuerauit. Et verè quid grauius, quàm innumeris obrui oneribus præceptorum legalium, vltra naturalia homini indetrectabilia; neque tamen robur & gratiam accipere, vi cuius homo tanto oneri ferendo par fiat? At certum eſt, ne ſtillam quidem gratia, vi legis nudæ fuiſſe collatam; quod infinities inculcat Apoſtolus. Et ideirò manus Moſis viſæ leproſæ, vt philoſophatur Origenes hom. 12. in Exod. quia nemo ex vi legis, eſt ſanctè ac purè operatus. Et tamen homo delinquens, maledictò legis ſubiacebat, & æterno interitu plectendus erat; nec cognitio peccati per legem paratæ, ad aliud conferbat, quàm ad cupiditatis acrimoniam excitandam, augendamque peccati pruriginem; ex quo procliuor ruina, & promptior in peccata prolapiſio conſequebatur; *peccato, per rem bonam*, (hoc eſt per legis tantum illuminantis, & non iuuantis prælatam faciem,) *operante in homine omnem concupiſcentiam*, vt Apoſtolus loquitur. Accedit ſeruitus ſub ſignis de qua egregiè S. Auguſtinus 3. de doct. Chriſt. à c. 5.

Chriſtus redemit nos de maledictò legis, vt eſt apud Apoſtolum. Qui etiam alibi, ait Chriſtum factum eſſe ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret; vt ſcilicet deſinerent ſub lege eſſe, quæ erat ærumnoſa planè captiuitas, non tam ratione multitudinis præceptorum, quæ erat numeroſiſſima; cum Rabbi Moyſes, Ben-Maimen numeret præcepta ſexcenta tredecim, vt ex eo reſert Melch. Flan. I. de regno Chriſti c. 21. quàm defectu gratuiti interni ſubſidij concupiſcentiam rebellantem cicurantes, & lenitatem conciliantis mandato. Hoc enim ſubſidium, lex, non conferbat: concupiſcentiam nitentem ſemper in vetitum, acuebat magis; vnde iugis timor & perpetuus angor, ex quo ſolo ſeruebatur, more mancipiorum; ac præcipitatio in maledictum, quod legem non ſeruantibus imminerebat. Charitatem onus legis ſeuè reddentem, quam lex non contulit, vberimè exhibuit Chriſtus, & ſtatim ſeruitutis qua lex Moſaica premebat ſuos, commutauit legem perfectam libertatis. Sic enim apud Iacobum cap. 1. nominatur, lex Chriſtiana. Adducit huc Tertullianus lib. 5. in Marcionem cap. 4. illud Plalms tanquam prolatum in perſona Chriſtiani. *Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipſorum*. Pacianus in Patenæſi ſerè initio, egregiè de hac libertate diſſertens, proſert pro ea illud ad Galat. 5. *Vos autem in libertatem vocati eſtis*.

1181 Chriſtus ipſe Ioan. 8. Iudæos ſolitos oftentare libertatem ſuam, ſequè vnquam nemini ſeruiliſſe proſtantes, coëcet promiſſa liberatione per veritatem; hoc eſt per legem ſuam, & fidem ſuſceptam. *Veritas* (inquit) *liberabit vos, ſi maueritis in ſermone meo*. Etique ea liberatio, non à peticulo, quod poſſet ſonare Latinum verbum *liberandi*, ſed à ſeruitute; vt ex vi Græci verbi notat S. Chryſoſtomus hom. 53. in Ioan. & S. Auguſt. ibidem tract. 41. & ſerm. 48. de verbis Dom. Itaque tacitè Chriſtus, eo loquendi modo ſuperbiam Iudæorum ſcand-

Theoph. Raynaudis de Aſtrib. Chriſti.

gebat, ſeruitutem illis obſcians è qua non niſi per Chriſtianam legem, veræ libertatis conciliatiam, eximendi eſſent. Idem voluiſſe Apoſtolus, Hebr. 2. cum dixit Chriſtum veniſſe, vt liberaret eos, qui timore mortis, per totam vitam obnoxij erant ſeruituti, cenſet ad eum locum creditus Anſelmus. Iudæi enim premebantur ſeruitute legis, & ob eam violatam, intentabatur mors. Itaque ærumnoſam vitam dacebant, gladio ſemper imminente ceruicibus. Ex eo metu ac ſeruitute, Chriſtus nos liberauit.

Ad eum quoque modum, noſtram à maledictò legis liberationem per Chriſtum, expreſſit Abucara opuſc. 1. his verbis [Deus iuſto iudicio ſuo, omnia quæ in lege ſcripta erant, à nobis exigebat; & quia non poteramus ſoluere debitum, pro nobis Dominus noſter Chriſtus perſoluit, maledictum & condemnationem nobis debitam volens aſſumpſit, atque in ſe ſuſcepit: & quæ nos pati oportebat, ipſe paſſus eſt: verberatus, ſputis, pugnis, colaphis affectus, crucifixus, & pro nobis mortuus: quamuis, vt paulò antè diximus, per obedientiam mortem delere potuiſſet, ſed tamen *in peccatos*, id eſt, vt abundaret, & ſuperflueret, quo nos ex Diabolo eriperet, & ex maledictò legis, iuſtòque Dei iudicio, pro nobis mortuus eſt; vt liceret Deo miſericordiam nobis tribuere: & non iuſtitiam propriam improbareret, & ſuperuacuum atque irritam redderet, ſed potiùs hanc circumſcriberet, & terminaret, receptis & recuperatis propriis iuſtificationibus; neque miſericordia eius *ἀπρὸς ἡμᾶς*, id eſt, ſine opere iuſtitia, tranſmitteretur.]

Cæterum notat optimè Origenes homil. 11. in Num. nos non eſſe liberatos iuxta Apoſtolum de maledictò mandati, aut testimoniij, vel iudiciorum; ſed de maledictò legis: hoc eſt cetemoniarum legalium, vt circumciſionis & Sabathi. Nam præcepta Decalogi, Chriſtus non abrogauit. [Apud Moſem, (inquit ſuprà Pacianus,) & veteres, minimi quoque peccati, & quadrantis vnius (vt ita dixerim,) rei in eodem infelicitatis æſtuario volutati ſunt. Et qui ſabbata violauerant, & qui immunda contigerant, & qui eſcarum vitia præſumpſerant, & qui murmurabant, & qui pariete corrupto, & qui veſte maculata in Templum ſummi Regis intrauerant, & qui altarium his obnoxij manu contrectauerant, aut veſte contigerant, vt in cælum ascendere citiùs fuerit, aut emori ſatius, quàm hæc vniuerſa ſeruare. His igitur nos omnibus multiſque præterea carnalibus vitiis, vt citiùs ad deſtinata quiſque perueniat, ſanguis Domini liberauit, redemptos à ſeruitute legis, & libertate fidei emancipatos. Ideoque Apoſtolus Paulus; *Vos autem*, (inquit,) *in libertatem vocati eſtis*. Hæc illa libertas, quod non omnibus adſtringimur quibus veteres tenebantur: ſed donata, (vt ita dixerim,) ſylua delictorum, & remediorum indulgentia deſtinata, in pauca concluſi ſumus, & neceſſaria: quæ & ſeruare faciliſſimum eſſet credentibus, & cauere: vt meritiſſimò Tartarum non reculaſſet, qui tantæ donationi ingratus, ne hæc quidem pauca ſeruafſet.]

1182 Punctum autem præciſum temporis, quo lex perfectæ libertatis cœpit vigere, & redemptione de legis maledictò per Chriſtum facta, L L L L executio

executioni mandata est; cum in Tractatione de legibus plenè excutitur, non est cur hoc loco ad examen vocetur. Vt neque alia pleraque ad hanc redemptionem spectantia, quorum discussio ibi instituitur. Gratulabantur Christianis temporibus hanc exsolutionem ab ea servitute, & redemptionem à tot maledictis, veteres Patres sub importabili illo iugo gementes, & suspirantes in ostentatam sibi diuinitis libertatem æui nostri; ideoque Messia prænunciati aduentum, ardentissimè expetentes.

Quod verò veluti appendix erat captiuitatis huius legalis, nempe impedimentum adeundi regni, etiam post mortem, æquè Christi liberatoris beneficio dissolutum est, vt optimè expendit Rich. Victorinus lib. 1. de Eman. c. 12. verbis illis. [Sed illud quoque non negligentes prætereundum, quod Emmanuel noster factus est nobiscum Deus, non solum nostræ suspensione naturæ; verum etiam cohabitatione peregrinationis nostræ. Sed cur quæso, Deus hominem persecutus est vsque in exilium, nisi vt eum post se reuocaret ad regnum? Habemus ergo certissimum repatriandi signum, familiare illud in hac nostra peregrinatione diuinæ habitationis contubernium. Certè quotquot Christi tempora præcesserunt, post mortem ad inferni claustra descenderunt. Ecce exilium post exilium, captiuitas post captiuitatem. *Quis est,* (inquit) *homo qui viuet, & non videbit mortem; eruet animam suam de manu inferni?* Ad tollendum itaque timorem futuræ damnationis; ad remouendum metum futuræ damnationis, datus est nobis noster Emmanuel in signum: exhibens nobis (vt dictum est,) familiare contubernium. Nam ecce post passionem, & resurrectionem Christi, nemo creditur descendere ad inferos, ex his qui sunt ad vitam prædestinati. Ecce ad qualem liberationem sperandam; Ecce ad qualem timorem tollendum, datum est illud quod loquimur signum. O quanto satius, O quanto salubrius, datum est signum in redemptionem captiuitatis Diabolicæ, quam in liberationem de manu Regis Syriæ & filij Romeliæ? Quomodo autem seruitus à signis, depulsa sit per Christum, tractat D. Aug. 3. de doctr. Christi à cap. 6. & sufficienter patet, ex dictis de Christo veritate.

Tercia per Christum redemptio, à seruitute corruptionis.

1183 Redemptio à seruitute corruptionis, à Christo quidem præstita est nobis, quoad ius, (vt sic dicam) illius suo tempore consequendæ. Tamen non experimur hic eam, donec viuimus, Deo consulente profectibus nostris; ne si laboribus & miseriis innumeris, quibus hæc seruitus continetur, iam nunc eriperemur seculo & rebus caducis tenaciùs iusto in hæteremus, vt disputat Gulielmus Paris. l. cur Deus homo c. 9. in fine. Itaque effectus huius redemptionis, & applicatio illius, differtur donec auferatur Luna, quam scitè Ocellus Lucanus, *confinium mortis & immortalitatis*, nominauit. Eas metas cum fuerimus præteruecti, quotquot in hoc scamma producendi sumus, præcipitabitur mors vsque in sempiternum, & vinculum super omnes populos colligatum, disrumpetur; quatenus mors,

& omnia ad eam præcurrentia, connexæ cum illa, eliminabuntur à nobis in sempiternum. Tunc & ipsa creatura, (iuxta Apostolum Rom. 8.) *Liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloria filiorum Dei.* Nunc autem de seipso & Apostolis ingenue fateatur, quod exspectent redemptionem. *Nos ipsi* (inquit,) *primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adspirationem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri.* Nam & corpus ipsum, captiuium hic est.

Hanc autem liberationem & redemptionem, esse fructum aduentus & mortis Christi, Origenes hom. 18. in Numer. in fine, probat ex illis verbis Prophetie Balaam, *Et erit Edom haeredus eius, Esau inimicus eius.* Sic enim scribit. [Edom idem est, qui Esau. Hic secundum historiam quidem, inimicus est Israël, sed in aduentu Christi, etiam ipse hæreditas eius erit: hoc est, recipietur ad fidem, nec excludetur ab hereditate Christi. Si verò spiritualiter aduertamus, Edom caro intelligitur, quæ aduersatur spiritui, & est inimica. In aduentu autem Christi, cum subiecta fuerit caro spiritui, per resurrectionis spem, etiam ipsa ad hæreditatem veniet. Non enim sola anima, sed & caro, quæ aliquando fuerat inimica, per obedientiam Spiritus, confors futuræ hæreditatis existit. *Et Israël fecit in virtutem.* Hoc est quod dicit, quia tunc Edom, vel Esau, hoc est carnis natura, in hæreditatis societatem vocabitur: cum Israël, anima videlicet, facta fuerit in virtutem, & decenter fuerit repleta virtutibus. Si enim anima non veniat ad virtutes, sed in ignauia perseveret, nec caro ad hæreditatem veniet, sed ad iudicium illius, qui potest animam & corpus perdere in gehennam.] Idem clariùs liquet ex 1. Cor. 15. ubi triumphus Christi describitur, & nouissimam destruendam esse mortem, omniæque locanda sub Christi pedibus, affirmatur.

1184 Similitèrque Hebr. 2. idem Apostolus, docet, Christum communicasse carni & sanguini, vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, idest Diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Quem locum latè versat Isidorus Pelusiota lib. 4. Epist. 146. puratque sensum esse, quod Christus liberarit nos à seruitute peccati, quam contrahebant impij; rati neque animam esse immortalem, neque vllum institui post mortem iudicium. Hunc enim malorum omnium fontem obstruxit Christus, patefacta immortalitate animæ, & infixa venturi iudicii fide. Concludit autem Isidorus, suam illam expositionem, hac eius loci metaphrasì. [Quoniam velut moriturus, sine pudore affatim seruierunt peccatis; (mortis namque metus truculento sibi aspectu eos territans, & cogitationem eius statutus, quo non amplius erant, in ipsorum animis gignens in omnem peccati seruitutem ipsos destruxit;) ideoque venit Christus, & hac eos seruitute liberauit atque exemit. Quid si ne sic quidem satis intelligitur (dictum,) dicitur clariùs. A multis enim non potest capi sensus Apostolicus. *De liberaret,* (inquit,) *eos metu mortis,* quæ in nihilum ipsos redigeret, & adduceret in cogitationem incoerupti illius, quod post exitum ex hac vita futurum est, iudicii. Hi enim libenti animo in via

ad virtutem ducente decurrerunt, qui spe coronatum, quasi quibusdam alis fuere subiecti, & peccatum fugerunt, metu futurorum suppliciorum. Addit etiam ut probabilem, aliam quoque interpretationem: Hanc nimirum; [Quia multi mortem, ut quæ in nihilum prorsus eos redigeret, metuentes, multa etiam contra animi sententiam; tam facere quam pati turpia sustinuerunt, ne videlicet à potentioribus punirentur, Camantes enim & scopum non assecuti, dolos atque insidias mortem patientes struxerunt, ut ostendunt gesta Iosephi, & hystoria Susanæ.] Venit Christus, institutus homines, Mortem esse magis eligendam, quam vitium aliud quod in nos admittamus, & illam potius libenti animo oppetendam, quam aliquid rerum turpissimarum, vel faciamus vel patiamur. Nam mors quidem à resurrectione extinguitur, probra autem illa in supplicia desinent.]

Neutra tamen expositio, videtur satis coherens contextui. Itaque præter expositionem huius loci superius ex credito Anselmo adductam longè magis arridet interpretatio Photij & Theodoretij, quæ fert, priusquam aboleretur mortis necessitas per Christi mortem, homines per totam vitam fuisse seruitute continua & grauissima pressos. Nihil enim secularium voluptatum, delectare poterat cordatos homines, metu mortis tanquam sacrissimi Domini, semper instantis, exterritæ eos qui in terra degebant, & omnem delectationis sensum diluente. At Christus, morte sua resurrectionem nobis promeritus, ius nobis adeptus æternæ vitæ, nulla vnquam morte temerandæ, & nulli mortis necessitati, eiùsve adionctis subiciendæ, mortem hanc qua defungendum est ut ad vitam nascamur, reddidit ludicram. Reuera enim post Christum, mors non est terrori, iis qui agnouerint quæ per Christum vita, sit abiectionem harum exuuiarum consecutura.

1185. Huic per Christum factæ redemptioni, non insisto hoc loco plenius, quia & superius tractando de Christo pacis Principe, de ea præmissi non pauca; & capite sequenti triumphum Christi describendo, alia quoque addenda erunt. Nunc sat erit adducere illustrem locum D. Chrysostomi hom. 2. in ad Ephes. ubi exponens quomodò Spiritus S. hic dicatur nobis dari ut pignus & arthabo hereditatis æternæ, ait. [Cuiusnam rei est artha; Redemptionis, acquisitionis. Pura enim tunc fit redemptio. Nam nunc quidem, & in mundo versamur & multa humana nobis accidunt, & sumus cum impijs. Pura autem tunc est redemptio quando nec sunt peccata, nec humanæ affectiones, neque promiscuè sumus cum omnibus. Nunc autem est artha. Nam & nunc ab ipsis absumus & conuersatio nostra non est super terram, & nunc sumus extra.]

Nihil porro præterea addo de redemptione nostra per Christum, ab alijs inimicis nos captiuantibus, quos recenset Abucara toto opusculo. 1. quinque enumerans hostes nostros, à quibus Christus nos liberauerit; mortem, Diabolum, maledictum & damnationem legis, peccatum, ac denique infernum. E quibus inimicis tres intermedios, Diabolum, & peccatum, ac maledictum legis, persecuti sumus hoc capite, & quomodò per Christum ab eis, sumus erepti, demonstrauimus. Primus autem, siue mors, non

Theoph. Raynandi de Attrib. Christi.

est quod nos vltiùs remoretur. Pertinet enim ad seruitutem corruptionis, de qua item est actum. Infernus verò cum sit Salarium peccati, & eius terminus ad quem, cum peccato est coniungendus. Neminem sanè later, reatum mortis æternæ, quem Abucara notat inferni nomine, esse proprietatem nominatim affectantem peccati maculam.

V S P S DOCTRINÆ,
De Christo Redemptore vni-
uersè sumpto.

I.

Quanti se homo facere debeat, sic
redemptus,

1186. QVare nihil ad ea quæ tradidimus addendum restat, præter vnum & alterum, singularis omnino momenti consecrarium. Primum est, hominem sic redemptum, magni planè se debere facere iuxta illud S. Basilij in Psal. 48. ad illud homo cum in honore esset. &c. [Fuit reuera exuperans quædam magnitudo amentæ istius, & pecuaria absurditatis à ratione prorsus abhorrentis, quòd ne senserit quidem initio suæ creationis, ad imaginem sui conditoris factum se esse, & neque cogitarit, quot quantæque in sui gratiam dispensata sunt mysteria, ut sic quidem, ex horum contemplatione, suam ipsius agnosceret dignitatem: Atqui horum adeò immemor omnium fuit, ut spoliatus imagine cælesti, sibi imaginem hominis induerit terreni. Ne tandem is continenter hæteret peccato, ipsius redimendi causa, Verbum caro factum est & habitauit in nobis, seque vsque adeò humiliavit, ut factus sit obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Quod si primæ illius tuæ generationis es immemor, ex depenso tui redimendi gratia pretio, qualecunque tuæ dignitatis arripe noticiam. Quanti id sit pretij, quo permutatus es, videro; tuamque adeò agnosce dignitatem. Pretio sanè haudquaquam alpernabili, emptus es. Noli proinde seruire peccato, tuam potius intellige dignitatem, ut ne assimileris iumentis insipientibus.]

II.

Non sumus nostri, Empti enim sumus:
isque qualis ad omne, offi-
cium stimulus.

Consecrarium alterum esto, hominem quod Apostolus optime notauit, titulo redemptionis non esse suum. Emptus enim est pretio magno à Christo Domino, in cuius proinde iura transcribimur. Idque voluisse S. Petrum Actorum 2. cum dixit, Deum fecisse Iesum. Crucifixum, Dominum & Christum, seu Regem, tradit egregiè S. Athanas. serm. 3. contra Arianos, his præter cætera. [Verbum, quatenus est ipse Dei filius, Dominus est totius vniuersitatis. Nos autem prius, ab ipso initio vsque, obnoxij eramus seruituti

LLL 2

seruituti corruptionis, & execrationi legis: deinde paulatim progressu temporis fingentes ea quæ non erant, inseruiebamus, ut dixit Apostolus, Diis qui in rerum natura non subsistebant, & ignari veri numinis, vana quæ non erant, præferebamus veritati. Postmodum autem sicuti vetus ille populus in Ægypto oppressus ingemiscebant, ita nobis quoque, quibus erat infirmitas & naturalis lex, per tacitas spiritus ingemiscentias, has preces fundebamus; *Vindicanos, Domine Deus noster: & Factus est in munitionem refugij & in Deum protectorem.* Ita quoque Dominus noster, ista ipsa factus est. Neque tum sui, existendi, sed dominandi in nobis initium habuit. Postea Deus ut bonus, & Pater Domini nostri, nostram vicem dolens, cupiensque sui apud omnes notitiam inualescere, autor fuit filio suo, ut induto corpore humano, homo fieret, filiisque appellaretur, atque in eo corpore seipsum offerens pro omnibus, omnes liberaret ab ignorantia Deitatis & corruptione: atque ita fieret omnium Dominus & Rex. Quæ circa eo modo eum factum esse Dominum & Regem, id est, quod Petrus suis verbis significauit, cum ait, *Fecit Dominum & Christum demisit*, quod perinde est ac si diceret, à Patre eum hominem esse factum. Fieri enim, homini proprium est; verum non simpliciter eum hominem fecit, sed ut omnium dominaretur, omnesque christum sanctificaret, hominem fecit. Nam quamvis speciem serui acceperit Verbum quod in forma Dei subsistebat: non tamen assumptio illa carnis, Verbum seruum aut mancipium reddidit, quod natura rerum Dominus erat, sed potius inde omnium hominum libertas confecta est. Verum autem naturaliter Dominus, postquam homo natus esset, per formam serui, Dominus & Christus omnium factum est; hoc est, ut omnes sanctificaret Spiritu, factum est, non aliter quam supra diximus, Deum esse factum, in Deum & protectorem. Eadem ratione cum dicit, *Ego illis Deus*, non eo tempore magis Deus efficitur, neque tam initium habet ut efficitur: sed id ipsum quod semper est, illud efficitur indigentibus, cum illi placuerit: Ita quoque & Christus natura Dominus, & Rex æternus, non quando mittitur, magis fit Dominus; neque tunc initium sumit, ut sit Dominus & Rex: sed quod semper est, hoc ipsum, cum secundum carnem gignitur, omnibus liberatis efficitur, atque ita fit viuorum & mortuorum Dominus, eo quod illi deinceps omnia seruiant. Et hoc est quod carmine suo modulatur David, *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.* Non enim conueniebat, per alium quempiam istam redemptionem fieri; sed per eum qui natura Dominus erat, ne tamen per filium creati essemus, alium tamen nobis, Dominum agnosceremus, lapsique in Arianorum Gentiliumque deliria, creaturæ potius, quam Deo omnium creatori cultum seruitiūque præstaremur. Hanc pro mea imbecillitate, eius dicti sententiam puto, Petrique vocem, vera ac bona ratione, aduersus Iudæos instructam esse.

1187 Ex eadem veritate ritè perpensa, nostram ad Redemptionem subiectionem, agnoscere, & stimulare, Patres alij. S. Maximus homil. 1. de Pasch. in fine. [Parspice o homo,

quantum vales, & perpende quantum debes. Parspice quantum vales, ut tandem viles esse tibi desinas: ut vel pro hoc erubescendis subiacere vitiis dedigneris, dum generositatem tuam de creatoris ac reparatoris dignitate metiris. Habet causas quibus seipso confundat, cur indignis Dominis victo: corde subdatur, cui gloria æterna promittitur. Ac sic gemino privilegio qui dudum diuinæ imaginis participatione videbatur honoratus, efficitur etiam commercij nobilitate pretiosus. Vnde quàm fortis esse possis contra hostem tuum, interroga statum tuum, quod tibi Dominus ad bellandum in membris tuis, mundi principem ac spirituales nequitias superandas, liberandas contulit facultatem; ac sic impossibile non putes, ut transacti obtineas Angelicas beatitudines, cum in hoc seculo Angelicas deuiceris potestates. Non ego te degenerem ac despectum faciat vita, quem vel factura probatur illustrem protulisse, vel gratia; sed cursum fideles Christi ad superna fiducialiter extollant. Nam qui sic celestis pretio vident redemptos, ad celestia non dubitent præparatos.]

Eucherius optimè, ad eandem mentem hominibus, in symbol. in fine. Ille veniet ad iudicandum nos, qui se iudicio meminit addictum pro nobis. Ille veniet ad discutiendam vitam nostram, qui eam restituit per mortem suam. Ille inquam, pro commissa nobis salute nostra, rationem exacturus est, qui pro nostra redemptione damnatus est. Qui tantum contulit, scilicet quantum reposcat. Nouit quanti ei confiteretur homo suus; Non ergo nobis viles sumus, qui tam pretiosi Deo fuimus; Nihil ille à nobis abiectum, nihil mediocriter suscipit: vult consentire cum generositate pretij, dignitate redempti. Tale conuersationis nostræ expectat meritum, quod sanguinis sui possit valere commercium.]

S. Ambrosius Epistola ad clericos præclare in eodem argumento versatur, iuxta quem ita liberati à Christo sumus, ut deinde in captiuitatem fuerimus abstracti, sed optabilem. [Bonum est, (inquit,) adherere alteri, & inferre collum in torques eius, & subicere humerum, & portare illum. Nec tædiare ad vincula, quia de domo alligatorum exiuit qui regnet, puer ille qui super Regem seniore & stultum est. Ideoque qui eum sequuntur, alligati vinculis sunt. Denique Paulus, vinculus Iesu Christi. Vnde & ipse Iesus captiuam duxit captiuitatem. Non satis visum est ei soluere captiuitatem, quam diabolus imposuerat, ne iterum liberos vacantesque inuaderet, sed perfecta absolutio existimata est sub Christo degere, & iniicere pedes in compedes sapientie ipsius, captiuum esse, ut sis liber ab aduersario. Recte puer, quoniam puer natus est nobis, & verè optimus puer, cui dictum est à patre Deo; *Magnus tibi est vocari puerum meum.* Sapiens quoque, ut Euangelium docet; *Quia proficiebat aetate & sapientia.* Conuenienter etiam pauper, quia cum diues esset, pauper factus est, ut nos sua inopia ditaret. Et idè non fastidit in regno suo pauperem, sed exaudit eum, & liberat ex omnibus angustiis & molestiis. Sub hoc ergo viuamus, ut Rex ille senior & stultus, nullam habeat potestatem supra nos. Qui dum vult regnare quasi voluntatis suæ dominus, nec sub vinculis est Domini Iesu, inueteratus in peccatis;

tis, stultitiæ incidit deformitatem.

1188 Discretè, hominem titulo redemptionis addici Deo seruum, eaque ex causa ad omne obsequium erga Deum obstringi, non secus ac mancipium erga herum tradit S. Ephrem. serm. de Margar. pretiosa. [Intelligo (inquit) rerum omnium opificem, agricolam esse: & intelligo non ab eo agros hos terræ, sed naturæ campos coli, quos ferat ac demetat. Non tamen vindemiat, & ex magno torculari vectigal exigit; prius dat naturæ humanæ mutuum solum: & fœnus exigit, vniuersam animæ libertatem. Et propter debitum, terrestria pascua sibi vindicant: & breui commercio, Dominus omnium efficitur, non solum vt creator, verum etiam vt redemptor. Et non modò vt Deus, sed etiam vt qui sudoribus emit, tradit margaritam: ne & ipsum naturæ obolum deperdat. Elucat solum, vt & seruum submittat. O immensam, & periculorum contemnentem liberalitatem! Conchæ enim committit margaritam, & pro obolo lapidem pretiosum violari sinit. Cerni mercatorem? Consideras eum qui omnia vendit, vt margaritam emat? Cognoscis diuitem; quomodo cuncta vendat, vt agrum, & inuentum in eo thesaurum comparet? Hic enim celestis est pater, qui per solum suum omnia eripit humanæ conditionis frugeferas: cunctas autem possessiones suas terrenas vendidit, vt iugerum quod ipse conderat, & Adæ tradiderat compararet.]

Nysenus quoque optimè, de perfecta Christiani forma. [Porro (inquit) cum redemptionem esse Christum dicimus, qui seipsum vt nos redimeret, pretium dedit, ea voce intelligimus, eum tanquam mercedem cuiusque animi, præbendo nobis immortalitatem, nos è morte a se per vitam coemptos propriam sibi possessionem effecisse. Quod si eius qui nos redemit, effecit sumus, Dominum ita sequamur, omnino vt non amplius nobis viuamus. Sed illi, qui nos vitæ suæ pretio comparauit: non enim amplius nostri ipsorum Domini sumus, sed ille, qui nos coëmit, Dominus est; nos autem eius dominio mancipati. Illius ergo voluntas, nobis pro lege viuendi proposita sit. Vt enim cum mors impotenti dominatu nos premeret, peccati lex in nobis omnia administrabat, sic quando vitæ iam addicti sumus, par vtique sit, vt ipsius rerum potentis arbitrio gubernemur, ne quando à vitæ voluntate per peccatum recedentes, rursus ad improbum mortis in animos nostros dominatum, vltro delabamur.]

Tandem piissimè de more S. Paulinus Epistola 16. [Nisi nos Deo tradamus, vendimus Diabolo. Vnde & vetus homo qui se consilio malefodi serpentis addixit vænundatus sub peccato dicitur. Denique quasi venditus eguit redemptore, qui nos magno emit, ne iam aut Diaboli, aut nostri essemus, & à progenie viperarum in genus regale & sacerdotale mutati, efficeremur sanguis eius, qui nos ab originis primæ generosa institutione degeneres, & durante peccato viles prius animas, pretioso sanguinis sui commercio, fecit & coheredes sibi, ac filios Dei fieri non inuida pietate concessit.]

III.

Humilitas hominis redempti.

1189 Quantum humilitatis studium, homini hinc indicatur, doceat nos S. Ambrosius. l. 1. de Iacob. c. 3. tractans enim locum Apostoli ex 1. Cor. 7. quo qui seruus vocatus est, dicitur esse libertus Domini, qui autem liber vocatus est, dicitur seruus Christi. Addit S. Ambrosius. [Disce humilitatem, o homo; Apostolici vim cognosce magisterij. Seruum te dicis? libertus es. Liberum te iactas? seruus es. Nam & ille qui quasi seruus redemptus est, libertatem habet: & iste qui quasi liber vocatus est, bonum est illi, vt seruum Christi se esse cognoscat, sub quo seruus tuta est, & libertas secuta. Quis quasi idiotam Paulum, vel in ipso iure asserit? Sciuit enim discernere inter libertum & liberum; & ideo non perfunctoriè sed propriè dixit; *Qui enim vocatus est in Domino seruus, libertus est Domini: similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi.* Reuera enim omnes Christi liberti sumus, nemo liber. Omnes enim in seruitute generati. Quid seruli conditione, arrogantiam libertatis assumus. Quid titulos nobilitatis usurpas, seruilis hereditas? Nescis quod te Adæ atque Eue culpa, mancipauerint seruituti? Nescis quod redemerit te Christus, non emerit? *Non aurum non argenteo, redempti estis de vana vestra conuersatione, sed pretioso sanguine agni,* clamat Apostolus Petrus. Ergo redemptus à Domino es, & quasi Domino seruitutem debes & quasi redemptori. Nec inferiorem putes libertinitatem sub Christo, quam libertatem esse. Ad dignitatem æqualis, ad tuitionem præstantior est, ad gratiam par, aduersus lapsum cautior, aduersus superbiam tutior. Ita libertatem accepisti, vt meminisse manumissoris tui debeas, vt patrono tuo noueris legitimum obsequium deferendum, ne ab ingrato reuocetur libertas. Quid te beatus; qui sub Domino regnas, & sub patrono militas?]

IV.

Amor in Redemptorem.

Admouentur item, hinc maximè, faces amoris erga Christum redemptorem. Audi Giselbertum cap. 4. Altercat. *in fine.* Quid huiusmodi homo beneficiis, vel futuris, vel præteritis, in Christi gratiam rependis? Multum meruit de te, qui seipsum dedit pro te. Laudes sursum immolamus, si quis, quos, quantum amauerit, perpendimus. Quis enim? Cui omne genu flectitur, celestium terrestrium, & infernorum. Quibus tanta gratia exhibetur? Illis quos reconciliauit proprio sanguine Deo Patri. Quantum? Vt seipsum daret pro nobis. Merito ergo diligendus est à nobis, qui seipsum, pretium dedit pro nobis. Proinde norunt fideles, quam necessarium habeamus Iesum, & hunc crucifixum, dum admirantes, & amplectentes supereminentem scientiæ charitatem, in ipso; id vel tantillum quod sunt, in tantæ dilectionis, & dignationis vicem, rependere non confunduntur. Equidem facillè plus diligunt, qui se amplius

LLL 1 3 dilectos

dilectos intelligunt. Cui autem minus datum est, minus diligit. Iudæus sanè, vel Paganus, vel Schismaticus, nequaquam talibus aculeis incitatur amoris, quales Ecclesia experitur, quæ ait; *Unluerata charitate ego sum, fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Cernit quippe vnicum Patris, crucem baiulantem; cernit conspuratum, Dominum maiestatis; confixum clavis, saturatum opprobriis, tandem dilectam animam dare pro amicis, & sic eis requiem æternam mercari effusione sanguinis.]

V.

Ne redemptio cassa abeat, providendum.

1190 Hoc vrgebat S. Ambrosius, *sub finem* libri tercij de Virg. vt homo dignum se tali redemptione præstet. [Non aurum & argentum vos liberauit, sed probatio fidei, multo pretiosior auro quod perit. Bonus seruus pretium studet reparare Domino, quod pro se solum est. Noli aurum parare filiæ, noli argentum. Non diuitiis istis te Christus redemit. Paratum habet pretium. Non semper exigeris, sed semper debes. Sanguinem soluit, sanguinem debes. Ille pro te soluit, tu pro te redde. Eramus oppignerati malo creditori peccatis; contraximus chirographum culpæ, poenam sanguinis debebamus. Venit Dominus Iesus, suum pro nobis sanguinem obtulit. Sed non potes sanguinem reddere. Bonus quidem seruus debet pretium reparare Domino suo. Sed si non potest pretium suum reddere, vel hoc faciat, ne pretio videatur indignus. Ergo & tu dignam te gere tali pretio, ne veniat Christus qui te mundauit, qui te redemit: & si te in peccato inuenerit, dicat tibi; *Quæ utilitas in sanguine meo? Quid profeci tibi, dum descendo in corruptionem?*]



CAPVT XVI.

Christus Triumphator.

GLORIOSISSIMO hoc titulo, ferriem Christi titulum obgnabimus. Nam & postremus omnium adueniet, si de publico omnium hostium nostrorum triumpho sit sermo, vt mox exponam.

Christo igitur bellatori fortissimo, & geminæ substantiæ Giganti, ad præliandum prælia Domini & nostra hac demisso, post confectum generosè prælium, hostesque deuictos, & liberationem nostram ritè consummatam, ex usu apud omnes nationes recepto, & iuri naturæ admodum consentaneo, debetur triumphus. Sunt autem hostes illi, vt sæpè iam retulimus, tres præcipui. Primus incentor cæterorum, & nequitie artifex Satanas. Secundus peccatum, quod per fictionem iuris in Scripturis, vt persona quædam aduersus hominem dimicans proponitur. Tertius, mors quæ machinatione Satanae, in luctu peccato, producta in aciem, stragem edidit infinitam. De his omnibus hostibus nostris triumphauit Christus Dominus;

Primò, clari & inuisibilibiter; deinde partim occultè, partim apertè. Tandem verò prorsus apertè, ac manifestè, de omnibus est triumphaturus.

Primus Christi triumphus, planè occultus, de Satana, in cruce, ex Coloss. 2.

1191 Clam Triumphantem de Satana Christum, exhibet Apostolus Coloss. 2. verbis illis; *dolens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, ipsamultis de medio, affgens illud cruci, & expoliatis principibus, & potestatibus, iraduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.* Iudicio S. Chrysostomi, ibi homilia 6. Apostolus nonquam ita magnificè locutus est. Hunc enim assignat sensum, extremorum illorum verborum. Expoliatos principatus & potestates, ostendit palam, triumphans de illis per seipsum. Nec minus magnificam verborum illorum notionem, agnoscit S. Hilarius sub finem 10. de Trinit. [Apostolus (inquit,) loquente in se Christo loquutus, & salutis nostræ pro Domino opus memorans, mortem Christi ita significat, vt carne se spoliaret & potestates cum fiducia dehonestet, & de his in semetipso triumphet. Si in passione sua necessitas est, & non salutis lux donum est: si in cruce dolor compungendi est, & non decreti; quod in te mors est scripta confixio: si in morte vis mortis est, & non per potestatem Dei carnis exuuiæ sunt: si denique mors ipsa aliud est, quàm potentum dehonestatio, quàm fiducia, quàm triumphus, adscribere infirmitatem. Si ibi necessitas est, & natura: si ibi vis est, & diffidentia, & dedecus. Sin autem hæc è contrario in Sacramento passionis prædicantur, quis rogo furor est, repudiata doctrinæ Apostolicæ fide, mutare sensum religionis & totum hoc ad imbecillitatem & contumeliam rapere naturæ, quod & voluntas est, & fiducia, & triumphus? Triumphus planè est quæri ad crucem, sed offerentem se non sustineri: stare ad sententiam mortis, sed inde confessorum à dextris virtutis: configi clavis, sed pro persecutoribus orare: acetum potare, sed Sacramentum consummare: deputari inter iniquos, sed paradysum donare: eleuari in lignum, sed terram tremere; pendere in cruce, sed Solem ac diem fugere: exire è corpore, sed renovare animas in corpora: sepeliri mortuum, sed resurgere: demum, secundum hominem pro nobis infirma omnia pati, sed secundum Deum in his omnibus triumphare.] Ita vniverse, de eo Apostoli loco, hi Patres. Sed regustemus sigillatim eundem locum Apostoli. Singuli in his verbis apices, magnificentiam Christi in cruce triumphantis produunt.

Spoliatio Satanae confgend.

1192 Quod dixit Apostolus, spoliatis principibus, idest Diabolicas virtutes, iuxta Chrysost. & Theodoretum, alij aliter legunt. Nam Occumenius legit *exuuiis iniis*, & exponit de principibus exitij nostri in prauatatione Adæ: quæ initia, quomodo exui dicantur, non est adeò perspicuum. S. Ambrosius 3. de fide cap. 2. & S. Aug.